

ARCHIVES DE LA GRANDE CHARTREUSE



# CHARTREUSE du **PARC**

✚ Parc-Sainte-Marie ✚

( PROVINCE DE FRANCE-SUR-LOIRE )



*Manuscrit du Ven. Père Dom Palémon BASTIN*

# Cartusia

Beatae Mariae De Parco seu Saltu in territorio De Charmia  
Diocesis Cenomanensis. -

(ad Relationem, venerabilium Patrum ejusdem Domus sed maxime ex Chronico  
manuscripto S. Clementis Bobi. h. d. Le Costale in notis.)

Ab oppido Brullon distat unâ leucâ versus occidentem. - Cenomani populi Galliae Lugden-  
nensis, inter Rhodanos, Andegavos, Carnutes et Bethuos. Huius tractus nunc Le Maine dicitur,  
estque provincia ampla, et admodum rigua, inter Normanniam ad boream, Belham ad  
ortum, Britanniam ad occiduum, et Andegavensium provinciam, cum parte buronensis provinciae  
ad austrum. Huius provinciae caput Subincem, seu <sup>Indinum</sup> Indinum, aliter Cenomanum, Le Mans.  
aliae urbes sunt Meduana, Bellomontium, Lavallium, Permites Bernardi, Sabolium et  
Castum ad Loedum. - (Le qui piciâ a été ajoutâ en marge.) -

Cum sacer ordo Cartusienus palmites suos extenderet a mari usque ad mare, et in  
omnem terram sanctitatis ejus fama diffunderetur, factum est ut certatim Galliae, aliarumque  
provinciarum, utriusque sexus nobiles, sanctissimi Ordinis Cartusienis monachis, plurima  
monasteria excitarent. Inorum ardore et emulatione provocata serenissima ac virgo de-  
votissima Domina Margareta Comitissa De Fyl, filia nobilissimae Constantiae De Thooni  
Dominae De Conches sororis illustrissimi Radulphi, Vicomitis Bellimontis; cum in honorem  
Dei, Beatae Virginis Mariae, atque omnium sanctorum, et ob reverentiam Cartusienis Ordinis,  
monasterium pro ejusdem instituti monachis fundare decrevisset, de loco tamen anxio, ubi  
aggregaretur gens Domini, multa a multis undivita; tandem opportunissimum judicavit pra-  
-caem de Orgis, situm juxta nemus De Charmis, quo est locus vice alius optior - otis soli-  
-tudinis Cartusianae. - Illic (ut bene dicentis verbis utar) agrorum, et fratorum videntes simul,  
illi segetes et poma crescunt: hic pecudes balant, pueri mugiunt, hincant equi; ibi  
aves garrunt et cantant. At obsecrissimam interdicalat, quod alienae Ditionis, et in delictis  
est et supra memorati avunculi sui Radulphi, cujus, et et filiorum, suorum Richardi et Guillel-  
-mi summa voluptas lustrare hunc saltum, excescere latibulis peras, certare cum fugacibus  
custris, cum undicibus robore, cum rapis astu. Lenandum tamen virgo decrevit, repulsi-  
setantur suffundi potte, non injuria dicens, quod Christi amore ageretur, Mendicare non  
reus exit

reusavit ut pauperibus Christi castitibus subesse possit. Ab indicationis suae ubere fructu ex ami-  
-mo protulit. Radulphus sponte ei parcam suam, cedit. Utroque lignet ex donationis ejus hac  
diplomate:

1235. — « Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis vel audituris Radul-  
-phus Vicecomes Bellimontis salutem in Domino. Proverint universi quod ego Dedi et concessi  
in puram et perpetuam, eleemosynam, cum assensu et voluntate filiorum meorum, Richardi et  
Guillermi De Bellamonte, Margarithae nepti meae Comitissae De Tif, filiae charissimae sororis  
meae Constance De Theonico Domine De Couches totam nemus et totam terram De Lario De  
Orguis, ad suam voluntatem, omnino de faciendum, et ad Dandum, cui voluerit et ubi voluerit,  
liberum et quietum, sicut ego antea possidebam, nihil omnino juris et Domini in dicta ne-  
-mose nec in terra mihi nec meis haereditibus retinendo. Et ut hoc ratum, esset et stabile, ego  
Radulphus Vicecomes Bellimontis, et Richardus et Guillermus filii mei ad majorem confir-  
-mationem, hinc castro sigilla nostra appropinquimus in testimonium et munimen: Actum,  
anno gratiae millesimo ducentesimo trigesimo quinto. 1235. — 57

Poma iste Radulphus sicut fuit primus benefactor hujus Domus, ita non minus prius munificens  
se exhibuerat erga Abbatiam muliebrem, dictam Estival in Charonia, quae fuerat a praedecessoribus  
suis Radulpho videlicet eoque Vicecomite Bellimontis fundata in nemore Charonia anno 1209.  
Quiescit autem iste Radulphus benefactor Parci in ejusdem Abbacie ecclesia cum Radulfo primo  
fundatore, Richardo, et alio Richardo filio suo cujus meminit in literis Donationis suae: qui fuit  
etiam, eamdem sanctimonialium benefactor. Richardum, quoque inter suos benefactores cum  
sua uxore Mathildi Dominae Ambasie et Montis Richardi agnoscat Domus Parci, ut infra tuis  
locis annotabimus.

Cum igitur devotionis Dominae Margarithae Vicecomitissae De Tif locum De Parco ab  
avunculo suo Radulpho dono accepisset et ad faciendum de eo secundum voluntatem suam, ut-  
loquuntur mox allatae donationis tabulae, dictum locum anno sequenti scilicet 1236, cum  
omnibus juribus et pertinentiis suis sacro Ordini Cantuariensi dedit, compactis super hoc tabulis  
quarum tenor talis est.

1236. —

Litterae fundationis. —

« Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis vel audituris, Margaritha  
Comitissa De Tif, salutem in Domino. Approbatae consuetudinis est apud nos scripturae  
commendari

commendari ea quae oportet—perpetuo tam fideliter quam inisolabiliter observari. Quae  
—propter Universitati vestrae volumus, innotescat, quod cum charissimus Dominus et avun-  
—culus noster Radulphus Vicecomes Bellimontis, nobis in perpetuam, elemosynam, dedisset.  
Parcum, de organo cum pertinentiis suis, sicut in cartis ejus et filiorum ipsius plenus con-  
—tinetur, libere et quiete habendum, et possidendum, vel conferendum vultet Religioni, si  
vellemus, de consilio et voluntate ipsius et aliorum amicorum nostrorum, placuit nobis  
profatum, Parcum cum integritate et libertate sua qua nobis concessus fuerat, pro salute  
anime nostrae, et pro anima charissimae matris nostrae et necessariorum nostrorum, assi-  
—gnare, et in perpetuam, elemosynam, conferre Deo et Ordini Castelle ad edificandam  
ibi Domum ejusdem ordinis. sperantes in Domino Divinam proinde gratiam promoveri  
in presenti, et in futuro per haec et alia bona, quae Deo dante fecerimus, caelestem gloriam  
possidere. Et ut hoc ratum, et stabile permaneret in posterum, praesentes litteras sigilli  
nostri munimine dignum duximus roborandas. Actum, anno gratiae millesimo Ducente-  
—simo tricesimo sexto, mense Junii. — >>

His ita gestis et Margaritha Donatione a dicto Radulpho solemnibus codicillis  
approbata, apud sanctum Ludovicum, Francorum Regem, idem Radulphus institit quatenus  
ea quae facta fuerant, angustiore didematibus sui tutela prosequi que facta vultet. Lite-  
—rarum dicti Radulphi ad sanctum Ludovicum exemplar hoc est: —

1236. — — Litterae Radulphi ad sanctum Ludovicum. —

« Excellentissimo et charissimo ~~meo~~ Domino meo Ludovico Dei gratia Franciae Regi, Ra-  
—dulphus Vicecomes Bellimontis salutem et fidelitatem. Sublimitati vestrae notum facio  
quod charissime repletae meae Margarithae comitissa de Fay dedi et concessi de consensu filio-  
—rum meorum Richardi et Guillelmi Parcum de organo in perpetuam elemosynam  
habendum, et possidendum, ita honorifice et quiete, sicut eum possederam; liberum scilicet  
et immunum, ab omni exactione seculari, et ad faciendam, Deo omnimodam, volun-  
—tatem suam. Et quoniam profata repleta mea de voluntate et consensu meo profatur,  
Parcum dedi Deo et Ordini castelle, ad edificandam, ibi Domum, ejusdem Ordinis cum  
eadem integritate et libertate sua, supplico Regiae Bonitati vestrae, quatenus hanc do-  
—nationem, gratam, et ratam, habere dignemini, et velitis vestra gratia auctoritate regia con-  
—firmari. Datum anno millesimo Ducentesimo tricesimo sexto. — >> Haec Radulphus

Porro <sup>h<sup>o</sup></sup> Ludovicus Rex gratam se habere hujusmodi Donationem Declarans, regis  
etiam, eodivillis pro maiore securitate eam firmare studuit.

1236. —

### Approbatio S<sup>t</sup>i Ludovici.

« Ludovicus Dei gratia Francorum Rex, Notum facimus quod nos litteras dilecti  
et fidelis nostri Radulphi Vicecomitis Bellimontis in haec verba: Universis Christi fidelibus pre-  
sentes litteras inspecturis vel audientis Radulfus vicecomes Bellimontis salutem in Domino. Univer-  
sitati vestrae notum facio quod cum charissimo nepoti meo quondam Domine De Conches dedit  
sem Parisius de Orguis in puram et perpetuam elemosynam, Deo et monachis Cartusiensis  
Ordinis, ad domum ejusdem Ordinis ibidem, contra eandem, supplicans mihi quatenus hanc  
Donationem, ratam haberens, pariter et acceptans, Ego vero tam pro petitioni et Donationi ejus-  
dem, grato concurrente assensu, concessi praefatum Parisius dictis monachis cum ea libertate  
et integritate qua cum antea possederam nihil michi vel heredibus meis ibidem, juris vel  
Dominii retinendo, quod ut ratum et stabile permaneret, praesentes litteras sigilli mei  
munimine confirmavi. Actum anno gratiae millesimo Ducentesimo tricesimo sexto mense  
Junii. » NOS autem, ad petitionem, praedicti Radulphi supra dictam elemosynam, quia de  
nostro more et feodo, volumus et concedimus, et in hujus rei testimonium, praesentes paginas  
sigillo nostro firmari communiti. Actum apud Elroices anno Domini millesimo Ducentesi-  
mo tricesimo sexto, mense Augusti. — » Haec sunt litterae S<sup>t</sup>i Ludovici.

« Vidisti optimam Regem, nullum modum neque piam de Ordine Cartusiensi benemerendi  
fuisse. Item enim, paulo ante anno nimirum 1233, Donationem, Domus Vallis Dei regio Diplo-  
mate ratam se habere testatus est. Et anno 1234 idem, praestitit erga Domum Ligeti ut  
superius suo loco diximus. Quod autem, erga suam, Cartusianam, Parisiensem, praestiterit, inferius  
etiam, dicemus.

Eodem anno scilicet 1236 prima die mensis Junii intravit conventus in novum, mo-  
nasterium, a dicto devotissima Margareta constructum, eo loci qui vergit ad meridiam,  
flagam, hujus Domus (prout nunc sita est) et undique stagni majoris undis alluitur pro-  
terquam, ad septentrionalem, flagam, qua monasterio est ager contiguus; vulgoque agri  
Coserive appellantur. Porro ejusdem, prioris monasterii (quod exiguum, et tunc ex eo  
fuisse constat, quod sex tantum, monachos admittebat) usque ad tempora antiquiorum,  
nostrorum, ruinae quodam, remanserant, quibus credentes, idem agri potioribus monas-  
-teri

sterii utilitatibus jam d'queat antior. In libro annis est orisum hujus domus sequenti a legendum.  
De hac prima habitatione: «Anno Domini millesimo Ducentesimo tricesimo sexto, prima die  
mensis Junii intravit conventus in hac domo, Domino nostro Jesu Christo et Beate Mariæ  
et omnibus sanctis in perpetuum famulaturus.»

Anno sequenti 1237, Gregorius Pontifex maximus, ad instantiam (ut credere est  
consentaneum) R<sup>ti</sup> in Christo Patris Domini Gaufridi Episcopi Cænoniensis novellam plan-  
tationem, domos Parci pontificiis codicillis approbavit, confirmavit et sub protectione Ap-  
-tolica recipit. Approbavit, inquam, ex postfacto, ratihabitione nimirum, confirmando ut  
dicit gloss. 18. §. 2. can. De monachis. Est enim, solennis canonistarum, opinio monachos non  
posse nec debere edificare monasterium novum sine cognitione et licentiâ Domini Papæ,  
quod etiam, decretum fuit a sacro concilio Tridentino ut alibi dicitur: Est autem, talis  
Bulla Gregorii Papæ IX Data in favorem, domus Parci, prout ex chartophylacis ejusdem  
domus habemus. —

1237. — — Bulla Gregorii Papæ noni. Confirmatio. —

«Gregorius Episcopus servus servorum Dei, Dilectis filiis Priori domus De Parco Car-  
-tusiensis Ordinis, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis  
in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse presidium ne  
forte cujuslibet temeritatis incurtus aut eos a proposito revocet aut robor, quod absit,  
sacrae religionis infringat. Propterea in Domino filii, vestris justis postulationibus clem-  
-enter annuimus, et domum vestram cum omnibus bonis, pascuis, et possessionibus que  
in presentiam, rationaliter possidetis, aut in futurum, justis modis proestante Domino  
posteritis adipisci, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti  
privilegio confirmamus, et terminos domui vestre ab Ordine cartusiensi quem post generale  
consilium suscepistis, provida deliberatione statutos, auctoritate Apostolica confirmamus.  
(que sequuntur ut que ad finem habentur in Bulla Calixti terti inter privilegia Ordinis n<sup>o</sup> 16. —)

Ad hæc auctoritate Apostolica interdicens et sub interminatione anathematis pro-  
-hibemus ne quis infra predictos terminos hominem capere, furum seu rapinam, committere,  
aut ignem apponere, vel homicidium facere audeat, aut homines venientes ad domum vestram  
vel redeuntés ab ea quomodolibet perturbare: ut ob reverentiam Dei et loci vestri infra dictos  
terminos non solum, vos et fratres vestri, sed etiam alii plene am pacem habeant et quietem.

Licet

Liceat quoque vobis clericos vel laicos (con. Chalced. c. l. nemo servus suscipitur in monaster.)  
liberos et absolutos, et servos fugientes ad conversionem<sup>1</sup> vestram recipere et eos absque  
ultra contradictione in vestra collegio retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum  
vestrorum, post factam in eodem loco professionem, absque licentia sui Prioris /as sit de claus-  
-tra vestro discedere: discedentem, vero absque communium litterarum, vestrarum, cautione,  
nullus audeat retinere. — Tunc novalem vestrorum quoque propriis manibus aut sumptibus  
colitis, de quibus aliquid haecenus non percepit, sine de hortis virgultis et piscationibus vestris vel  
de animalium, vestrorum nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere vel exorquere praesuma-  
-mat. Adjicientes quoque statimus ut infra dimidiam leucam a terminis possessionum, vestra-  
-rum, nulli religioso liceat quodlibet aedificium, construere, vel possessiones acquirere, sicut  
Ordini vestro dicitur ab Apostolica sede concessum.

Consecrationes vero altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum vestrorum, qui ad  
ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipietis Episcopo siquidem catholicus fuerit, et gratiam  
et communionem, Apostolicam sedis habuerit, et ea vobis gratis et absque parvitate aliqua volu-  
-erit exhibere; alioquin liceat vobis quemcumque malueritis catholicum adire Antistitem, com-  
-munionem, et gratiam, Apostolicam sedis habentem, qui nimirum vestra fultus auctoritate, vobis  
quod postulaverit indulgeat. Insuper auctoritate Apostolica inhibemus ne ullus Episcopus,  
vel quilibet alia persona, vos ad synodos vel conventus ire percoses, <sup>impedat</sup> <sup>10</sup>judicio seculari de  
vestra propria substantia vel possessionibus vestris subjacere compellat; nec ad domum ves-  
-tram, non vocatus, causa ordinis celebrandi, eius ad tractandi, vel aliquos conventus publicos  
convocandi venire praesumat: nec regulam, electionem, veluti Prioris impediat, aut de  
institiando vel removendo eo qui pro tempore fuerit, contra Statuta Cantuariensis ordinis se-  
aliquatenus intromittat.

Toto si quis copii vel alii Ecclesiarum Rectores in Ecclesiam vestram, vel personas in illi cons-  
-titutas suspensionis et communicationis vel interdicti sententiam, promulgaverint, sive etiam  
in mercenariis vestris pro eo quod non solvitis decimas (sicut dictum est) vel aliqua occasione  
eorum quae ab Apostolica sunt vobis benignitate concessa; seu benefactores vestros pro eo  
quod aliqua vobis beneficia vel obsequia ex liberalitate praestiterint vel ad laborandum adju-  
-verint in illis diebus in quibus vos laboratis et alii feriuntur, eandem sententiam, per se, praes-  
-umpserint; ipsi amantquam contra sedis Apostolicae indulta prolatam decernimus irritandas  
- nec literas

Nec litterae illae firmitatem habent quas tanto nomine Ordinis Castusienensis et contra tenorem privilegiorum Apostolicorum constituitur impetrari. — Statuimus etiam ut fructus communia interdicta terrarum, Ecclesiam vestram excommunicatis et interdictis exclusis, a Divinis non cogatur officiis abstinere.

Obvenit vero <sup>te</sup> eisdem loci Priore vel tuorum quolibet successorem; nullus ibidem qualibet subreptionis astutia seu violentiae proferatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum major pars concilio canonico secundum Deum, et approbata vestra Ordinis instituta providerint eligendum. (Adem habetur in B. Gregorie constituto apud Baron. l. 8. Annal. 601. n. 9.). Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat praefatam Ecclesiam, temere perturbare aut ejus possessiones auferre, ablatas retinere, seu quibuslibet rationibus perturbare. Sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis Apostolicae auctoritate.

Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularive persona hanc nostrae constitutionis paginam, sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo testiore communita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se Divino iudicio existere. De perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtae subjaceat ultioni. Lincet autem, eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructus, bonae actionis percipiant; et apud Districtum Iudicem, proemia vitae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

+ Ego Gregorius Catholice Ecclesie Episcopus, subscripsi. — + Ego Thomas tit. S. Sabinae presbyter cardinalis.  
+ Ego Johannes tit. S. Petri in Vinclis presbyter cardinalis. — + Ego Guifredus tit. S. Marci presb. card.  
+ Ego Simbalduus tit. S. Laurentii in Lucina presb. card. — + Ego Stephanus tit. S. Marci in transyberia presb. card.  
+ Ego Rainerus tit. S. Petri in Cosmedin diaconus card. — + Ego Olgivius tit. S. Cosmae et Damiani diaconus card.  
+ Ego Jacobus de Vitroaco luculanus Episcopus copus — + Ego Romanus Portuensis et S. Rufinae Episcopus copus.  
+ Ego Rainaldus Ostiensis et Velitanae Episcopus copus — + Ego Petrus Jacobus Provenstanus Episcopus copus.

Datum Laterani per manum magistri Guillelmi S. R. I. Vicecancellarii et Domini Papae notarii ij nono februarii indictione XI, Incarnationis Domini millesimo ducentesimo trigesimo septimo, Pontificatus vero Domini Gregorii Papae noni anno undecimo. 33

Apud Althoeun, Palmerium, in chronica annis undecimus Gregorii noni conformiter huic bulloae ponitur anno 1237. —

Intererea etiam, necesse est ut uceadat consensus Episcopi Diocesisani iuxta canonem, 18 (in collect. Isidori ponitur 27.) Concilii Sgathensis relatione 18 g. 2. cum de monachis. De hoc uide in Dome De Maillard.

Lambrey R<sup>us</sup> in Christo Dominus Gaufridus dictam fundationem, probare se et gratam habere his publicis monumentis testatus est:

1237. —

### Approbatio Episcopi Diocesisani —

« Gaufridus in inā permissione Lenomaniensis Ecclesie minister humilis, Universis presentes litteras inspecturis salutem in uobis salutem. Noverit universitas vestra nos vidisse et legisse instrumenta seu chartas non cancellatas, non abollatas, nec in aliqua in parte vitiatas vel corruptas, sigillis integris et apertis personarum, quae <sup>denominantur</sup> ~~denominantur~~ in ipsis, sicut etiam continetur ibidem, authenticis sigillatas, formam infra scriptam, de verbo ad verbum, nullo mutato, addito vel subtracto in omnibus et per omnia continentibus. Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis vel audientibus Radulfus vicecomes Bellimontis etc. ut supra. Deinde concludit: « Nos vero venditiones, donationes, legata, quicquid in chartis et instrumentis superscriptis continetur, ratum et firmum habentes, secundum quod iuste et canonice facta sunt confirmamus. In cuius rei testimonium, nos instrumenta authenticant<sup>tes</sup> superiores annotata, presentes litteras dictis monachis Cantuariensibus concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Actum anno Domini M. CC. XXXVII, Die Dominica in crastino Assumptionis B<sup>te</sup> Virginis, »

Anno 1242 Richardus vicecomes Bellimontis filius Radulphi (de quo supra) cognatis fundatoribus huius domus Domine Margaritae Comitissae de Tif, fecit donationem in hac domo; cuius donationis tales extant litterae:

1242. —

### Donatio Richardi Vicecomitis Bellimontis.

« Omnibus presentes litteras inspecturis ego Richardus vicecomes Bellimontis notum facio quod ego amore Dei, et pro mei meorumque redemptione animarum, et etiam pro annis etario meo annuatim post obitum meum faciendo, dedi et concessi patribus B<sup>te</sup> Mariae de Parco Cantuariensibus ordinis sexaginta solidos heronentes annui redditus in vigeria mea de sancta Susanna singulis annis in festo omnium sanctorum, per manus illius qui dictam vigeriam tenerit percipiendos. In cuius rei testimonium dedi patribus ejusdem loci presentes litteras sigilli mei munimine

... mine roboratas. Actum anno Domini 1242, mense septembrii. — >>

Est homo iste Richardus ex precipuis benefactoribus monasterii sanctimonialis,  
De Lihivale, id idemque quiescit cum ejusdem monasterii fundatoribus. —

Anno sequenti 1243 nobilissima et devotissima Domina Mathildis vice-  
comitissa Bellimontis, uxor predicti Richardi huic novellae plantationi porrigens  
manus adiutrices, donationis suae tales reliquit codicillos:

1243. — Donatio Mathildis uxoris Richardi supradicti. —

« Universis presentes literas inspecturis Mathildis vicecomitissa Bellimontis  
Domina montis Richardi (in appendice ad theatrum ortellii in chronographia Ieronice dicitur  
Mont Richard.) et Ambrosiae, salutem, in omnium salute. Nos erunt universi quod ego  
considerans et attendens paupertatem seu inopiam ecclesiae Beatae Mariae De Parco Cartusi-  
ensis Ordinis de novo fundatae in terra et Dominio vicecomitis Bellimontis Cenomaneensis  
Diocesis adeo quod propter sui tenuem fundamentum et proventuum penuriam debitas pa-  
trum numerus, secundum statuta ordinis Cartusienis ibidem, nequeat commode sustentari,  
pro remedio et salute inclitae recordationis Richardi quondam vicecomitis Bellimontis ma-  
riti mei et animae meae et animarum parentum, et antecessorum meorum dedi et con-  
cessi invocabiliter et etiam inter vivos in puram et perpetuam elemosynam ecclesiae  
nominatae Priori et fratribus pro tempore ibidem existentibus ad sustentationem duorum  
fratrum, in praefata ecclesia sub habita regulari perpetuo Domino famulantium (quorum  
specialibus orationibus et aliis bonis operibus necnon et aliorum Religiosorum ejusdem  
loci, immo et totius Ordinis Cartusienis predictum Richardum, maritum meum, et me et  
parentes et praedecessores meos expecto facilius peccatorum veniam obtinere) viginti  
libras Ieronenses annui redditus perpetuo a Priore vel fratribus in praenomina<sup>ta</sup> ecclesia pro  
tempore existentibus, sive eorum procuratore, syndico vel economo, aut certo nuntio eorum,  
idem percipiendas annis singulis et habendas in octavis omnium sanctorum, in proventibus  
et redditibus primo perceptis sive percipiendis in festagio meo De Monte Richardi, integra  
pacifica et quiete. Praecipiens ut quicumque in dicto festagio mihi successerint sive jure her-  
editario sive jure legali aut fide commissi vel dominationis titulo, ad solutionem nomi-  
natarum viginti librarum, secundum tenorem superius enarratum, absque ullo subterfu-  
gio teneantur vel poena unius marchae argenti pro quolibet habido ad a solutionis dilata-  
tione. ultra terminum

ultra terminum superiorum nominatum. In cuius rei testimonium, et munimen dedi prodictis fra-  
-tribus presentes literas sigilli mei caractere roboratas. Datum anno Domini 1243, mense maii,

Hanc de athildis donationem, suis codicillis confirmavit Alexander Papa IV. anno 1255.  
1255. — Alexander Papa IV confirmat donationem Mathildis. —

« Alexander Episcopus servus servorum Dei dilectissimis filiis Priori et conventui monaste-  
-rii de Parco Beato Marci Cartusensis ordinis Cisterciensis Diocesis Saluten et Aposto-  
-licam benedictionem. Solet amare sedes Apostolica piis votis et honestis petitionibus pre-  
-cibus favorem benevolens impertiri. Exhibita quidem nobis vestra petitio continens quod  
-quondam Mathildis vicecomitissa Bellimontis Domina Ambrosice et montis richardi in festo  
-suo montis richardi Curonensis Diocesis, annuam viginti librarum Curonensium redditum vobis  
-piis et provida liberalitate concessit, prout in ipsius literis conceptis exinde plenius continetur.  
-Nos itaque vestris precibus inclinatis concessionem huiusmodi ratam habentes et gratam,  
-illam auctoritate Apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus,  
-literarum prodictarum tenores de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis  
-est: Universis presentes literas inspecturis Mathildis etc... ut supra... Nulli ergo hominum  
-liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis  
-autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli  
-Apostolorum eius se noverit incurretur. Datum Bragunice septimo Idus Augusti, Pontificatus  
-nostri anno primo. — »

Porro huius nobilissimae Dominae de athildis obitus signatur in libro anniversariarum Domus  
-Parci sub quinto idus maii. Sed annus non habetur.

Eodem anno 1243 Domina Margarita de Fip fundatrix huius Domus rursus quodam  
-moe primae fundationi bona adiecit, ut patet ex literis eodem anno datis, ubi haec inter cetera  
-1243. — « Ego autem (inquit) ad augmentationem donationis meae dedi pro salute mona-  
-chis quicquid acquisieram a Segretario de Larnia, et forestario feodali, qui totum quod in  
-ipsa nemore habebant et habere poterant absque ulla retentione mihi venderunt. pro  
-qua venditione receperunt a me condignam plenarie pecunie quantitatem... »

Item antea egerat dicta fundatio apud eos qui aliquid juris habebant vel habere poterant  
-in nemore et in terra de Parco de Orguis, qui eidem illud omne in pacem et perpetuam elemo-  
-synam dederunt et concesserunt ad Sandum, cui voluerit et ubi voluerit, nihil omnino juris sibi  
-et heredibus

et hereditibus suis retinendo. Qui hoc prestitit esse propter veteros fuisse Philippus De Landeni miles  
et Hamelinus forestarius De Charnica, de quibus extant litterae in tabularia hujus Domus scriptae  
anno 1335. Ab aliis vero qui in dicto memorie et terra jus tibi vindicabant emit, quos  
ipsorum, erant numerata pecunia ut dicitur in suis liberis datis anno 1363.

Hujus fundationis obitus signatur sub die 17 Januarii in libro anniversariorum: pro vero  
anno non ponitur.

## De secunda Fundatione.

Cum autem creemus ista De Parco praegestationibus memoribus abundaret, et danti-  
late complecerent omnia repleta: et deo inculta esset, ac labor omnis quantumvis im-  
-probus, esset et ejus asperitate inferior. Et propter monachi illi enim, commorantes, cum  
ingenti et extrema rebus omnium, penuria et angustia rei familiaris premerentur, alio  
divertere, vel potius ad domos unde assumpti fuerant, redire decreverunt. Quod postquam  
ad aures R<sup>di</sup> in Christo Patris ac Domini S. Gauspidi De Loduno Episcopi Lenomancensis (de quo  
jam supra) pervenit, ut erat totius charitatis visceribus affluens, eos blande consolatibus  
promisit se eis non defuturum, modo ne a tua diocesi discederent. Impense enim locatili-  
se viros hos sanctissimos, austeritate vitae et meritis praerogative incomparabiles in sua  
diocesi habere, quorum eo tempore in his regionibus rara admodum, erant monasteria.

anno  
1244 Cum igitur dictus R<sup>di</sup> Gauspidus Episcopus firmiter praetibus Cantuariensibus hujus Domus  
incolis opem et auxilium, pollicitus esset, et alioquin parva aedificia humilia aeeret  
et minora quae contentui completo possent satisfacere: majora meditari cepit; ut quae  
impensis, quae multae putare videntur; par esse possent. Baronatum, hominum, et quicquid  
praeterea ad se jure hereditario pertinebat, distinxit, aggregataque non modica pecuniae  
summa, proposito cepit insistere operi, atque Ecclesiam, cum claustris, cellis, claustris, fon-  
-tibus et stagnis, et alia quamplurima hujus Domus aedificia construere et erigi fecit: haec ita  
habentur in dyptichis seu libro Anniversariorum hujus Domus die 3 augusti. Postquam autem  
cuncta, aut saltem, necessaria aedificia constructa vidit, non se capere potuit pro gaudio,  
quapropter ad dedicationem novae Ecclesiae huc accingens populum innumerabilem, con-  
-gregavit, sicque eodem anno 1244 in die sanctorum martyrum, Dionysii et sociorum  
ejus, Ecclesiam hanc benedixit, sanctificavit et consecravit ad honorem Dei et B<sup>tae</sup> Virginis M<sup>ae</sup>.

Anno 1245 cum monachi hujus Domus gravibus a suis vicinis damnis afficerentur,  
nec pot-

nec forte per episcopalem R<sup>di</sup> Domini Gaufridi sollicitudinem tanta eorum nequitia co-  
-ceri posset, Apostolica sedis humiliter imploravere auxilium, nec id frustra, sic enim  
in eorum favorem, resumpsit Innocentius Pontifex;

1245. -

### Bulla Innocentii Papae IV. -

« Innocentius Episcopus servus servorum Dei venerabilibus Patribus Archiepiscopis epi-  
-scuronensi et suffraganeis ejus, dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, etc.  
-chinesbyteris, et aliis Ecclesiarum proclatis per Curonensem provinciam constitutis, salutem  
et Apostolicam benedictionem, Non absque dolore cordis et plurima turbatione didicimus,  
quod ita in plerisque partibus Ecclesiastica censura dissolvitur, et canonice pro-nit-entiae se-  
-veritas enervatur, ut viri religiosi et hi maxime qui per Apostolica privilegia, majori  
-donati sunt libertate, passim a malefactoribus suis injurias sustineant et rapinas, dum  
-sua inventis qui congrua illis protectione subveniat, et pro ferenda pauperum innocentia  
-se muram defensionis opponat. Specialiter autem dilecti filii Prior et pater Domus de  
-Torco Cantuariensis ordinis Curonensis Diocesis tam de frequentibus injuriis quam de  
-ipso quotidiano defectu justitiae conparentes, universitatem vestram, literis petierunt  
-Apostolicis excitari, ut ita videlicet eos in tribulationibus suis contra malefactores eorum  
-prompta debeatis magnanimitate conburgere, quod ab angustiis quas sustinent et pressuris  
-vestris possent praesidio respirare.

Pro universitati vestrae per Apostolica scripta mandamus atque procuramus, quatenus  
-illos qui possessiones vel res seu domos praedictorum Prioris et Fratrum, irreverenter invase-  
-rint, aut ea injuste detinuerint quae ipsis ex testamento decedentium relinquuntur, seu  
-in ipsos vel eorum aliquem, contra Apostolicae Sedis indulta, sententiam excommunicatio-  
-nis aut interdicti presumpserint promulgare, vel decimas laborum de possessionibus ha-  
-bitis ante concilium generale, ante quod susceperunt ejusdem ordinis instituta, quas propriis  
-manibus aut sumptibus excolunt, sine de nutrimento animalium ipsorum, spreto Apo-  
-stolicae Sedis privilegio extorquere, monitione praemissa, si laici fuerint, publice cande-  
-lis accessis, singuli vestrum, in Diocesis et Ecclesiis vestris excommunicationis sententia  
-precellatis, si vero clerici vel canonici regulares seu monachi fuerint, eos, appellatione  
-remota, ab officio et beneficio suspendatis, neutram relaxentur sententiam, donec praedi-  
-ctis Priori et conventui plenarie satisfaciant. Et tam laici quam clerici seculares qui pro vice  
-lenta manus

- lanta membrum injectione in ipsos vel eorum aliquem, anathematis vinculo fuerint immo-  
- data, cum diocesi episcopi literis ad sedem apostolicam, venientes ab eodem vinculo me-  
- reantur absolvi. Datum Lugduni quinto Idus Iulii, Pontificatus nostri anno tertio. - >>

Hactenus literae Innocentii IV. qui et alias etiam dedit ut postea suis locis dicemus.

Hoc eodem anno 1245 R. D. Gaufridus Episcopus copus tertio nonas septembris (qui dies erat  
Dominicus) coemiterio, hujus Domus sacavit, et postea in die sanctorum apostolorum, sim-  
- onis et Judae intravit - conversus in novum monasterium ab eodem R. D. Dominus Episcopo adfi-  
- cationem, prospecto ibidem Domino famulaturus.

Anno 1246, novis adhuc emergentibus adversariorum dolis super donationibus  
quibusdam, quae monasterio Cantuariensi factae fuerant, iterum, in eorum favorem, ad R. D. Dominum  
Gaufridum Episcopus copus, hoc tempore hujusmodi literas dedit Innocentius Pontifex in animas  
eorum proliatas querelis:

1246. -

Litterae Innocentii Papae IV. -

« Innocentius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Episcopo Cenomaniensi  
salutem, et apostolicam, benedictionem. In parte dilectorum filiorum, Prioris et conventus domus  
S<sup>ctae</sup> Mariae de Parco Cantuariensis Ordinis tuae diocesis ecclesie humiliter supplicatur, ut cum  
eis nonnulla praedia, terrae, decimae, stagna, prata, nemora, et res aliae a christifidelibus  
sint collatae, de quorum omnium collatione instrumenta publica non apparent; et super  
his moveri tibi ab aliquibus timeantur quaeestiones, sine pro defectu probationum, jus suum depe-  
- rire contingat, testes, qui super praemissis rei veritatem noverint, recipi faceremus. Quocirca  
fraternitati tuae per apostolica scripta mandavimus quatenus testes idoneos, quo super his  
dicti Prior et conventus coram te duxerint producendos, providenter recipere ac eos diligenter  
examinare procurans, ipsorum dicta redigi facias in publica instrumenta, denunciando  
illis, quorum interest, ut testium receptioni, si velint, interessint; et super denunciatione sic  
facta confici facias publicum instrumentum (littera. de testibus cogendi. cap. cum omnes, cap. super eo et  
cap. sequens.). Testes autem, qui fuerint nominati si se gratia, odio, vel timore subtraxerint,  
per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere.  
Datum Lugduni quinto Idus Julii, Pontificatus nostri anno quarto. - >>

Anno 1251 praeridens noster Gaufridus Episcopus copus tanquam vir sapientissimus,  
quia sicut venatio leonis est onager in esumo (Isa. 13 v. 23) sic et praedicta Divitum sunt pane-  
- peres, salubri

- peres, salubri remedio sapientique consilio huic occurrens tempestati, Apostolica protectione suos Cartasientes curavit amplius muniendo. Et ne commiserentur possessiones eorum aut opprimerentur a secularibus tale a humis Pontificis, suggerente eodem R<sup>mo</sup> Domino Gaufrido, exiit edictum:

1251. — Alice Litterae Innocentii Papae IV. —

« Innocentius Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Priori et conventui Domus de Paris Cartasientis ordinis, Cenomanensis Diocesis salutem et Apostolicam benedictionem. Cum religionis vestrae meritorum honestas et vestris petitionibus, in his maxime quae quietem vestram respiciunt, favorabiliter annuamus, ne aliqua secularis persona infra terminos Domus vestrae a dividenda leuca edificium aliquod de novo construere valeat, auctoritate praesentium districtius inhibemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam inhibitionis infringere, aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incurrem. Datum Mediolani quarto Idus Iulii, Pontificatus nostri anno nono. — »

Hactenus Innocentii edicti. Atque mihi quidem Domini Gaufridi sollicitudinem, benivolentiam, favorem et omne genus gratias <sup>ammi?</sup> consideranti, licet audenter et veraciter illud Herodoti usurpare (refertur a Nicoph. lib. Hist. lib. 10. c. 38): Hunc quidem calcem contuit Histiosus, licet ipsum induerit Aristagoras, sed et postea ejusdem R<sup>mi</sup> Domini Gaufridi videlicet beneficia majora

Anno 1252 numerus monachorum in hac domo de duobus ad unum est. R<sup>mo</sup> enim G. Gaufridus, quam tenuis est et hujus monasterii fundatio, atque ob id monachos vix ibidem remanere posse animadvertens egit cum Abbate et patribus de Ebronio, quatenus propter amorem Dei, et intactae pietatis seu elemosynae erga dictos Cartasientes, amiserent et Prioratus S<sup>ti</sup> Dionysii de Orgues dependens a dicta Abbacia Ebronensi, univertim monasterio novello Cartasientinorum, praefererent. Porro dicti Abbas et conventus de Ebronio hujusmodi honorificam petitionem, gratam habentes, eandem ad perpetuam rei memoriam, scriptis sic mandarunt: (Abbacia Ebronii fundavit S. Radoinus Episcopus Cenomanensis cujus meminit Baronius l. 6. A. 652)

1252. — Donatio Prioratus de Orgues ab Abbacia Ebronii. —

« Universis praesentes literas inspecturis P<sup>r</sup> l. dictus Abbas de Ebronio et ejusdem loci conventus salutem in Domino. Noveritis quod cum religiosi viri fratres de Paris in chano-  
-nia Cartasientis ordinis redditus vel possessionem ad sufficientiam non haberent infra metas suas

suas, unde possent commode, secundum sui ordinis exigentiam sustentari, et ex hoc eorum  
recessus a dicto loco necessarius verisimiliter timeretur. Nos ad instantiam et requisitionem  
R<sup>di</sup> Patris Gaufridi Dei gratia Lemnontensis Episcopi, tam nostri monasterii, quam Domus ipso-  
rum pensata utilitate, tradidimus et concessimus, et adhuc concedimus et tradimus eidem,  
in perpetuum, ~~et concessimus~~ <sup>emphyteusim,</sup> Prioratum nostrum, de Orgues cum herbis ergamentis, terris,  
pratibus, vineis, et censibus, ac omnibus aliis pertinentiis quibuscumque ad ipsam Domum per  
privilegia vel alio quocumque titulo spectantibus, et cum omni jure, justitia et districta  
quae habebamus et habemus tam in dicto prioratu quam in pertinentiis praedictis, excepto  
jure patronatus parochialis Ecclesiae quod nobis duximus retinendum, ad annuam pensionem  
decem, et octo librarum, Lemnontensem, excepta etiam magna justitia ex qua membri  
mutilatio vel mortis illatio sequeretur, quam cum omnibus pertinentiis ad eandem, in dicta  
traditione nobis retinimus specialiter et expresse cum omni emolumento praeter dictam  
justitiam proventuro. Ita quod eam, per nos vel allocatos nostros sine aliqua contradictione  
ipsorum, et revocatione vel necessitate ipsorum, poterimus totaliter expletare. Nec poterunt  
se opponere quin nos alicui homini de villa de Orgues cuiuscumque voluerimus, dictae justitiae  
expletamentum, et exercitium, cum viderimus expedire, committere valeamus, accepto de  
eo fidelitate <sup>et</sup> specialiter juramento. Dicti autem fratres et eorum successores tenebuntur  
nobis, vel sufficienti mandato nostro reddere pensionem praedictam annis singulis apud  
Bronium, et loc. quae non sunt necessaria. Deinde in fine additur: « Datum apud Bronium, de  
consensu et voluntate conventus nostri et omnium priorum congregatorum, in nostro Capitulo gene-  
rali, Dominica ante nativitatem Beatae Virginis in festo dedicationis nostre Ecclesiae anno Domi-  
ni 1252. — »

De hujus prioratus unione sequentia gallica idiomate in archivis hujus Domus Parisi leguntur:  
« La donation du Parc estant faicte par la vicomtesse, Reverend Pere en Dieu Geoffroy de Louisy  
pours lors Evescue du mans et seigneur de Heues meu de grandes devotion fist faire et edifier  
le dict monastere. Et apres quil fust edifie furent envoyez de par la religion six Religieux pour  
y faire le divin service. Les quels pour la petite fondation ny peurent vivre, parquoy se  
voulurent departir. Pour laquelle chose le dict Evescue considerant la dite pauvreté et que  
les dictes Religieux se vouldrent departir, parla a l'Abbe d'Esures et au convent pour le  
prieuré de St Denis d'Orgues qui estoit presche d'indict monastere en les requerant

qu'offinque les dicts Religieux de l'ordre de Chartreuse et desquels ny avoit au dict pais au-  
-cun monastere ne se depeutissent-point, que le dict Prieuré s'orguel fut adjoint et annexé  
au dict monastere pour leur aider à vivre. Et par ainsy ladicte chose accomplie ne se de-  
-peutissent point les dicts Religieux, mais fust cru leur nombre de deux Religieux pour  
l'augmentation du divin service a cause du dict Prieuré. »

Tam ante, anno subiecto 1242 inter dictos Abbatem et conventum de Bronio, et  
Cartusienses in cramo Parisi constitutos intercesserat mutua honorum spiritualium com-  
-municatio, et (ut vocant) associatio, cujus hoc est apographum:

1242. — Associatio spiritualis inter religiosos de Bronio et Cartusienses Parisi.

« Universis presentes literas inspecturis P. Bernardus Abbas beatorum Marice de Bronio,  
totusque ejusdem loci conventus salutem in omnium salvatore. Nos certis nos cum viris  
religiosis in Christo charissimis fratribus de Parco B<sup>tesu</sup> Marice Cartusiensis ordinis talium  
fraternitatis et societatis confederationem, unanimiter inisse, et sigillorum, nostrorumque  
testimonio roborasse, videlicet quod preter quotidianas et generales orationes et alia  
bona que per nos operari dignabitur clementia salvatoris, singulis annis post octavas  
Euphrasie, quam citius vacaverit bono modo, unum in conventu pro fratribus eorum mor-  
-tuis solemniter officium, faceremus cum vigilia novem lectionum et missa cum tractu.  
Et quilibet sacerdos unam missam, quilibet clericus quinquaginta psalmos, et conversi  
centum quinquaginta Pater noster semel in anno pro dictis fratribus reddere tenebantur.  
Preterea cum de obitu singulorum fratrum nobis constiterit sine mora et negligentia quilibet  
monachus sacerdos missam unam, ceteri vero qui non fuerint sacerdotes, quinquaginta psal-  
-mos dicent. Et pro singulis eorum mortuis unum pauperi semel in refectorio ter binum  
necessaria ministrare. Dicti autem fratres pro monachis nostris mortuis supradicta facere  
tenebantur, excepto quod de paupere pascendo superius est expressum. Fratres eorum  
laici pro quolibet monacho nostro mortuo centum quinquaginta Pater noster dicere teneban-  
-tur. Adjectum etiam fuit quod audita morte Prioris diceretur officium solemniter in conven-  
-tu, et ipsi fratres ad hoc similiter tenebantur cum Abbate Bronii eiusdem fuerit obitus  
nunciatus. Et ut hoc inviolabiliter in perpetuum permaneret, presentes literas sigillorum  
nostrorum munimine duximus roborandas. Datum anno Domini 1242, mense Januarii. »

Hactenus literae associationis Abbatis Bronii cum conventu hujus Domus Parisi. Postea  
venero, anno

vero anno scilicet 1256 Capitulum generale nostri Ordinis generalem, in ordine participantem, dicto Abbati de Bronio sub tali forma concessit:

1256. — Participatio in Ordine nostro a Capitulo generali conceditur Abbati de Bronio.

« Venerabili in Christo Patri Abbati de Bronio, Bernardus dictus Prior castusie coeterique Priores et fratres in generali Capitulo congregati salutem in Christo. Quoniam relatione charissimi fratris nostri Prioris de Parco dicimus quod vos cum magna devotione orationes Ordinis requisitis, nos ipsam devotionem plurimum acceptantes, participationem omnium spiritualium bonorum quae sunt et sunt de cetero in Ordine nostro vobis concedimus, de-  
-um humiliter exorantes ut per hoc et alia quae feceritis ad vitam aeternam pervenire valeatis. Datum anno Domini 1256. — »

Anno 1254 R<sup>mus</sup> Dominus Gaufridus, nisi perfecta re, de castucia sua non quiescens, viginti libras eidem assignavit super curam de Harollis les Bercoux, talibus de ipsa donatione confectis literis:

1254. — Gaufridus Episcopus dat viginti libras annui redditus super curam de Harollis les Bercoux. — « Universis presentes literas inspecturis Gaufridus Dei gratia Cenomaniensis Episcopus salutem in Domino. Quicquid <sup>id?</sup> habet Ecclesia temporale ad hoc specialiter deputatur, ut exinde sustentetur spiritualitas, et cum locus offerit, amplius. Quare nos considerantes tenuitatem nimiam reddituum Domus B<sup>ty</sup> Marie de Parco castusienensis Ordinis, quae de novo fundata est in maxima paupertate: advertentes etiam personarum sub tam stricto ordine eisdem commorantium sanctitatem, et timentes ne future inopie magnitudo eos egestate intolerabili fatigatos cogeret ad recessum: viginti libras buronenses annui redditus super decimis, quae in parochia de Harollis les Bercoux de manu retraximus laicali, de consensu et voluntate B. Decani et totius Capituli nostri, quod ad hoc primum opus invenimus valde favorabile et benignum praedicto tam religioso loco liberaliter concedimus et in perpetuum <sup>uum?</sup> assignamus. In cuius rei memoriam, et munimen, nos et dictum Capitulum sigilla nostra presentibus literis iuximus apponenda. Datum anno Domini 1254, mense septembri. — »

Hanc parvo donationem Gaufridi ad ipsius instantiam, Alexander Papa IV. bulla-  
-tis codicillis anno sequente 1255 in hunc modum confirmavit:

1255. — Alexander Papa IV. confirmat donationem Gaufridi praecedentem

« Alexander Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Priori et conventui monas-  
-terii sanctae Mariae de Parco Cantuariensis ordinis Cenomanensis Diocesis salutem et Aposto-  
-licam benedictionem. Solet annuere sedes Apostolica piis votis et honestis presentibus  
- precibus favorem benevolam impertiri. Inhibita quidem nobis vestra petitio continen-  
- bat quod bonae memoriae (jam obiit aliquot ante diebus quando haec litterae dactae sunt ut dicitur  
- postea) Cenomanensis Episcopus paupertatem, ac religionem monasterii vestri, quod novi-  
- ter est fundatum, diligenter attendens, annuum viginti librarum, Turonensium reddituum  
- in decimis de Morallis le Berant-Cenomanensis Diocesis, quas de manu extraxit laica-  
- li vobis, Capituli tui ad hoc accedente consensu, pia et provida liberalitate concessit, prout in literis  
- eorundem Episcopi et Capituli confectis exinde plenius continetur. Nos itaque vestris precibus  
- inclinati concessionem huiusmodi ratam habentes et gratam, praefatum redditum vobis et per  
- vos vestris successoribus et eidem monasterio auctoritate Apostolica confirmamus, et praesentis  
- scripti patrocinio communitur. Nulli ergo etc. ... Si quis autem, etc. ... Datum Magnae  
- septimo Idus Augusti, Pontificatus nostri anno primo. - »

Eodem quoque die et anno alias litteras dedit idem Papa quibus confirmat quandam  
- donationem Mathildis vicecomitissae Bellimontis, utriusque tabulas super hoc negotio confec-  
- -tas supra retulimus.

Paulo post id est quinto Idus ejusdem mensis Augusti alias eidem litteras dedit Alexander  
- Papa supra dictus, quarum tenor sequitur:

1255. - Alice litterae Alexandri Papae IV. -

« Alexander Episcopus <sup>servus</sup> servorum Dei dilectis filiis Priori et conventui monasterii Beatae  
- Mariae de Parco Cantuariensis ordinis Cenomanensis Diocesis salutem et Apostolicam benedictionem.  
- Cum domus vestra, multum (ut asseritur) paupertate gravata, ut pote novella in sacrae reli-  
- -gionis horto plantatio, Apostolicae pietatis indulgeat fulcimento. Nos volentes vobis gratias  
- facere, quae vestris nos citius necessitatibus plurimum opportuna, ut vobis liceat in parochiis  
- alienis decimas usque ad valorem triginta librarum, Turonensium, annui redditus de manibus  
- redimere laicorum, qui a tempore cujus memoria non existit, tenuerunt eadem, Dioces-  
- -ani loci accedente consensu, ipsasque decimas libere in usus proprios perpetuo retinere, devo-  
- -tioni vestrae, auctoritate praesentium, vobis indulgemus. Nulli ergo etc. Si quis autem, etc. ...  
- (Vide Bullas Nicolai V. inter privilegia ordinis) - Datum Magnae quinto Idus Augusti, Pontificatus  
- nostri

nostri anno primo. — > Hi annus incidit in anno Domini 1255, atque ideo haec litterae datae sunt paulo post obitum Domini Gaspidi Episcopi, de quo mox dicturi sumus.

Hoc igitur anno 1255 contigit dictum R<sup>dm</sup> in Christo Patrem D<sup>nm</sup> Gaspidum, ingredi in abundantia sepulchrum, sicut inferatur accensus tunc in tempore suo (Tob 5. r. 26). — Quomodo autem id acciderit est aliud tibi quaerendum, data lite inter illusterrimum Principem, Carolum St. Ludovici Franciae Regis fratrem, Comitem Cenomanensem, et Andegavensem, et Ecclesiam cenomanensem, cujus iura libertatempue ipse Carolus (non ita erga Ecclesiam affectus ut pater suus) opprimere videbatur: Pius Pastor animam suam positurus pro oculis suis, stetit ex adverso, et si non patiens, compatiens tamen oppressioni sponsae suae, cujus oculi in manibus ejus sicut oculi ancillae in manibus Dominae suae; nec enim mercenarium praedicta Ecclesia pro vero Pastore acceperat, ad quem non pestinasset de oculis, et lapsus veniente fugeret: sed contra, Gaspidus noster potestatibus terrenis prave agentibus, et oves Domini violenter opprimentibus rationis libera voce non timuit contraire; et si ab ipso Principe periculum tibi ingere posse non ignorasset, sed vir magnanimus, his nullatenus cedere, Romam petere statuit super his apud Apostolicam Sedem conquesturus. Cum autem eo tempore non esset Romae ad Anagninae curia Domini Papae Alexandri quarti (qui etiam Anagnina oriturus erat) eo ocyus contendit, quo cum pervenisset honorifice ab eodem acceptus est, et invenit gratiam coram oculis ejus necnon Dominorum Cardinalium. Inde propere negotium, causam itineris sui; nec oblivioni tradidit (certidius est de se, quorum paupertatem, Apostolicae sedi exponens, obtinuit (licet eo paulo ante mortuo eae bullae datae sint) pro eis privilegia quorum tenorem superius dedimus.

Negotio igitur adhuc pendente, infra quindecim dies post suum adventum, ad Dominum migravit ex hoc ecclesiae tertia die Augusti, postquam se discessit in Episcopatu annos viginti et menses decem. Funus ejus honorifice creatum fuit, et corpus ejus in Ecclesia fratrum minorum, apud dictam Anagninam fuit inhumatum.

Porro quia ipsa R<sup>dm</sup> D<sup>ns</sup> Gaspidus moriens sepulturam sibi in Ecclesia certusiae Parisi elegerat, idcirco postea fuit ejus venerandum corpus ad praedictam Ecclesiam, ex Anagnina delatum, procurantibus id patribus istius eremi. Multus autem (ut fertur) sacrorum pignorum bajulus per incognitas finis tibi iter agens regiones, absque Directore, Ductoresque suos procedens, ab Anagnina usque ad hunc locum, non declinans ad dexteram sive ad sinistram, recto itinere inoffense pervenit. Cum vero Cenomanos, qui missi fuerant, ad sancti Antistitis

deceurandum fuit, convenere quamplures tam clerici quam doctores et seculares utriusque  
 sexus innumeri: atque inde ad castisiam Parisi deduxerunt. Ut autem veneranda pignora  
 congruentibus reponerentur, rogaverunt monachi domus Parisi Guardianum fratrum  
 minorum, Cenomaniensium, ut ad se mittere dignaretur fratrem quendam Gaufridum  
 nomine, qui sepulchro S<sup>ni</sup> Gaufridi edificando suam navaret operam: extat de his  
 epistola in quodam m. s. codice in hunc modum: « Dilectissimo et speciali S<sup>no</sup> et  
 amico patri Guillelmo M. de Parisi hinc Lemericus Canonicus Cenomaniensis salutem in  
 Domino Jesu Christo. Nos vobis me loquentem fuisse cum Guardianis fratrum minorum  
 pro fratre Gaufrido Cementario habendo, qui mihi dixit, quod non erat in domo eorum.  
 Et hoc verum erat; quia hoc ab aliis fratribus jam audieram: verumtamen, vesterus  
 est infra diem sabbati, sicut credit, vel infra octo dies, vel circa mittet eum ad vos,  
 si potest; quia aliquantulum infirmatus: et apponet consilium, quod sciat et poterit  
 in sepultura Domini facienda sine opere manuum suarum, quia adeo debilis est quod  
 in proprio eorum opere operari non possit: et si necessitas fuerit moram faciet vobiscum  
 per quinque vel sex vel octo dies. Aliam schedulam quam vobis mitto, mittatis Thi-  
 -ippo de Burgonia, si videritis expedire. Socios sollicitavi de eundo apud castisiam,  
 quorum alii se excusant eo quod non habent equitantes, alii quia sunt occupati circa  
 suas segetes colligendas, et etiam necesse habent in isto Augusto blado, foeno, lignis  
 et aliis necessariis se munire. Ego vero quia ire non possum, mitto per latorem pro-  
 -sentium decem solidos buronenses ad pitantiam fratrum: et nolo quod in aliis utilibus  
 expendantur. Item, vobis de pane meo. Valet. — »

In huius vero sepulchri (quod sibi vivens dictus episcopus paraverat, ut alibi legimus) quod  
 est a septentrionali parte majoris altaris, peripheriâ, huiusmodi epitaphia literis aureis  
 bullatis exarata leguntur:

in primo	}	Hic jacet humatus Cenomanis Proceris amatus
circuito		Gaufridus gratas Domino, vitæque probatus, Moribus ornatus, humilis, castus, moderatus, huius jure status bene creditur esse beatus.
in secundo circuito.	}	Morte revelavi, quos vita semper amavi, Nam pro fundavi templum lectum mihi stavi, Qui feci plenos habito nunc inter egros Et curæ contempsit dederam, non dat mihi Denos.

In libro Dominici aridionem dictae Domus Parci hoc de isto Proculo legitur: Obitus R<sup>di</sup>  
in Christo Patris ac Dni Dni Gaufridi de Landuno Cenomanensis Episcopi et Dni ac Baronis  
Laeviarum, qui vendita patrimonio suo, Ecclesiam cum claustris, cellis, claustris et fontibus, Sta-  
-gris, et alia quamplurima hujus Domus aedificia construi et erigi fecit; et viginti Libras  
super curas, de Marollis nobis dedit, ac etiam pecunias pro vestimentis habendis. Unde  
habemus Decimas de Melleis et de de onto Lon: insuper contulit alia nobis bona tam  
spiritualia quam corporalia. — Adhuc sequentia omni acceptatione dignissima De hoc R<sup>di</sup>  
D. Episcopo et fundatore in veteribus hujus Domus monumentis reperientur, quibus tam-  
en a patribus hujus Domus quam totum ordinem, benivolentiam suam testatissimam esse  
voluit. // Rommelli (ut in dictis monumentis habetur) in sua malitia delectatus, timore  
Dei postposito graves eis molestias (de quibus jam aliqua in superioribus egimus) infere-  
-bant; sed invaluit sacerdotalis vigor Gaufridi in defensione pauperum, quibus non erat  
adjutor, hujusmodi molestatores compescendo. Proterea quicquid juris intra terminos  
eorum, proterebant, ipsi dori procuravit (puerum eis Radulphus de Thorincis et Hericus  
de Chacriis milites de quibusdam, utant literae ipsius R<sup>di</sup> Dni Gaufridi in talibus hujus  
Domus datus anno 1250 et 1252,) et pro ejusdem ordinis pace et conservatione multum  
laboravit, et a summis Pontificibus Innocentio et Alexandro quantas gratias multas et privilegia  
impetravit; ut sanctitatem alienam honorans fructificaret sibi. Voluit insuper in hujus  
castro claustris cellam habere sibi propriam (quae stans adhuc videtur) et multitudinis im-  
-pedimenta fugiens, in solitudinis commoditate, cum his patribus, sanctis vacaret exer-  
-citiis. Locos etiam Ordinis alumnos ut filios tenerime diligebat, et eorum aliquos in suis  
similibus se habere gaudebat; ut essent sibi virtutis consortes, et ordinis aspera vestigia  
eorum exemplo insequeretur. // Haec ibi:

Post mortem vero ejus Prior Vallis St. Petri ad Priorem hujus Domus Parci tales dedit  
literas (ex antiquo libro m. s. in membranis): // R<sup>mo</sup> patri in Christo et amico Willelmo Priori  
de Parco R. M. (ipse est Martinus de Landuno) dictus Prior Vallis St. Petri salutem. Non inve-  
-nientes qui de statu vestro nos certificaret, licet obitum bone memorie Cenomanensis  
Episcopi audierimus, fuit consilium nostrum et Willaloni . . . . . amici nostri, qui  
multum vos salutabat, ut nuntium qui de statu vestro et Domus vestrae nos plenius in-  
-tineret, mitteremus. Ignoramus etiam si personam aliter cum dicto Episcopo ad . . . . . fuerit,  
et quomodo

et quomodo in fine se habuit erga domum vestram, et si libros suos, sicut aliqui dicebant,  
domini reliquit. Vellemus etiam scire in quo statum est <sup>accessio</sup> . . . De Orgues. Prior etiam  
Castusiae nobis nuper scripsit quod discordia quae est inter Priores et domum Castusiae in curia  
Romana laudabiliter erat terminata, (De hac discordia vide Bullas Alexandri 4. inter privilegia Ordinis) sed  
modum terminationis non mandavit, quem modum, si scitis, bene vellemus scire. Magister  
Ranulphus Canonicus Remensis amicus vester, quem nuper apud Remis<sup>is</sup> vidimus, nos consul-  
tat, <sup>quomodo</sup> consulimus ut medicantibus literis vestris visitare dignemini, intimantes ei statum  
vestrum, et Domini Episcopi Defuncti. Valete et salutate ex parte nostra socios vestros et pe-  
-cialiter fratrem M. et si placeret nobis et sociis ut aliquod beneficium nobis daretis in morte  
gratum haberemus. Et si sine vestro magno incommodo possitis viam Capituli per nos dirigere,  
haberetis nos socium vel Willhelmum, amicum vestrum: et si hoc contingeret, oporteret et  
solemnitatem paschalem nobiscum celebraretis. — Hactenus praedicta epistola. In cujus  
ultimis verbis conjici potest eam scriptam fuisse anno 1856, eo quod de via Capituli nihil  
dixisset, nisi idem Capitulum institisset: obitus enim Domini Gaufridi accidit post Capitulum  
anni 1855. —

De hoc sanctissimo Praetere D. Petrus tutor qui fuit et obiit Prior ejusdem domus Parci  
haec scribit tract. 3. lib. 8. De vita castusiana p. 578: « Et domus Parci devotissima, in Diocesi  
Cenomanensi constructa, cujus fundum virgo quaedam inchoata de nobilissima Alexoniorum fa-  
-milia dedit; (fundatrix hujus de non fuit ex hac familia, ut ex praedictis colligi potest. Sed postea domus Bellimon-  
-tis, ex qua erat dicta fundatrix ex parte matris, unita fuit per matrimonium cum domo Alexoniorum, ut  
infra dicemus, ubi agemus de familia Gaufridi Episcopi Cenomanensis alterius (fundatoris hujus domus)  
sedificia vero Gaufridus Cenomanensis ecclesiae beatissimus Antistes fecit, possessionesque multas  
ex suo patrimonio contulit, qui ibi tumulatus, licet in sanctorum cathalogum per sedem Apos-  
-tolicam, necdum relatus sit, tantis tamen frequentissimisque miraculis in ea regione, aliisque  
per multis clarat, proestantemque sanitatem languentibus ita confert, et immensi ad eum coler-  
-dum, auxiliisque petendum conflant, qui sua frequentia ac tumultu gravem molestiam  
Devotis illis religiosis frequenter inferunt. Ea de re nonnunquam, me proesente, agitatum  
est, an esset et beatissimus ille Pontifex alium in locum transferendus . . . » Haec tutor. Et quidem  
multoties praedicta translatio tentata fuit a consentientibus, qui super hoc negotio saepe,  
maxime vero annis 1517 et 1529, Capitulo generali scripserunt (cujus responsa requirere in  
Chronica

chronico Priorum hujus Domus) sed nullus inventus est, qui huic operi manus admove-  
-rit. Fuere tamen quidam, quam par erat audaciores, cum honor Regis iudicium diligat,  
qui sacrum corpus de abside muri (ubi stratum, est collocatum) removerunt, illud alio trans-  
-ferre volentes propter tumultum, secularium illic adventantium maximo numero, et pro-  
-cessionum, seu publicarum supplicationum, confusionem, diebus maxime festis vitandam,  
at eos temeritatis hujus statim poena consecuta est: tam vehementer siquidem febre laborare  
coeperunt, quod stare nullatenus amplius poterant, et in his doloribus mortui sunt. Ceteri  
qui hoc viderunt, lavantes manus suas in sanguine praedictorum, intelligentes quae manus  
fuisse Domini; beata Lipsana ne a sua regie dimoverentur, steterunt, et quem admodum  
eo loci sanctus Pontifex sedem ostibus suis delegerat, sic ea sui permittentur, et inhabita-  
-rent in seculum seculi, ne Dei et beatissimi Pontificis indignationem, incurrerent; quem  
quidem apud Deum vivere, crebro quae per eum fierant - et quotidia sunt super infirmis  
virtutes, passim testantur, ut mox referemus. Verumtamen huic tumultui devote occurrentes  
populi, medium quoddam excogitatum est; et disposita via per capellas recto a parte septi-  
-entrionali ad tumulum ejus, in capella s<sup>t</sup>i Joseph constitutum: per quam seculares  
progredientes, intra divina officia, absque rumore possunt hanc satisfacere devotioni.

Miracula B. Gaufredi. - Coepit ab obitu vir beatus continuo, divinae fau-  
-ris super irradiansse  
respectu, multis et magnis condescere miraculis, ut sublimitas sanctitatis ejus, quae ipso  
vivente in carne innotuerat mundo per exempla sanctorum operum, illo jam regnante  
cum Christo ad omnem fidei firmitatem, per miracula divinae potentiae comprobaretur. Ut  
vero non aestimes haec a nobis temere asserta, sanctitatis titulo propter crebra miracula  
eum insignitam, a multis rectis seculis ex sequentibus potes intelligere. Cum enim Ilmo  
Dominus Ludovicus vicecomes Bellimontis (de quo inferius in chronico Priorum) in bello  
contra Anglos lethali ter sauciatus circa annum Domini 1364, ad mortem sese dispo-  
-neret, inter cetera dixit, et postmodum testes sub iuramento asseruerunt: « Si je meurs, j'el-  
-ma seppellir en l'eglise saint-Geofroy de Chartres ou maine Desant-le grand aut el. » Haec  
ex tabulis Domus Parisi. In quibus verbis evincitur jam ubique B<sup>o</sup> Gaufredi sanctitatem divul-  
-gatam fuisse. - Sequentia quoque secula eidem B. Gaufredi sanctitati perhibuisse peregrini-  
-norumque erga eum, devotionem non tepuisse, sed novo semper fervore accrevisse declarat  
ea quae superius ex D. Petro Lutone attulimus.

In veteri etiam quodam m. s. libello reperimus scriptum, quod fuit quidam Abbas  
monasterii sancti Allini in urbe Andegavensi, qui febribus ceterisque graviterque de-  
-grotans, inter angustias Deo se commendavit per intercessionem et merita B. Gauspudi;  
et votum fecit se infra mensem, ad castriam Parci accessurum, et sancti Pontificis  
sepulchrum, cum orationibus et oblationibus visitaturum. Adhuc loquebatur, et ecce  
- manus Domini super eum in bonum, statimque se esse in colorem sensit, et gavi-  
- tus est. Quid tandem? - labitur mensis, et ille interim non reddi vota quae distinxer-  
- ant labia sua, succedenteque sospitate obliviscitur liberatoris sui. Et ecce Domi-  
- nus reddit, et voti contemptorem arguit in virga virorum et in plagis filiorum  
- hominum: donec veritatis Daret intellectum, auditui infirmantis. Qui in se postmo-  
- dum reversus, hucque memor negligentiae, eadem, quae prius, iterum vorit, pro-  
- namque ad miserandam expertas clementiam Domini, corporali fuit liberatus  
- infirmitate. Et statim ad castriam Parci accedens, gratias Deo reddidit, qui tibi per  
- meritum beati confessoris fuisset opitulatus, et decem aureos posuit super altare in  
- oblationem.

In eodem libello subjecta reperuntur: Duabus nimirum monialibus Ordinis  
S. Benedicti de coenobio B. Marise de Estivalo similiter accidisse ut de praedicto  
- Abbate diximus: earum una vocabatur Maria de Cruce, altera Margarita de  
- Bouille, quae ad procuratorem hujus castriacae verissimum esse asseruerunt; pro quibus  
- missam celebravit M. G. Wilhelmus Guisote Rector de Orguis, ipso praesentibus, in  
- capella S. Catharinae. -

Scripta reliquit et sigillo manuali asseruit Fr. Rematus Gousse Doctor theologus  
- Ordinis Praedicatorum, conventus Lavallentis subleramen febris querecerae a Deo seme-  
- ritus sancti Gauspudi (quem invocaverat) recepisse. qui postea ad sepulchrum ejus supplex  
- accedens pulchram et devotam obtulit orationem quam composuerat tertia die aprilis an-  
- no 1562, post Pascha.

Petrus Dupas juris licentiatas et Advocatus apud Castrum Guntorin febre quartana  
- laborabat, qui ut suo scripto et signo manuali attestatus est, a Deo summo medico interce-  
- - dentibus meritis B. Dionysii et Gauspudi de castriacâ quibus se commendaverat, recepit inco-  
- - lumitatem, et postea S. Gauspudi sepulchrum venerationis causa visitavit septimo maii a<sup>o</sup> 1588.

Civis quidam de civitate Bernardi in honorem dicti Domini G. G. missam singulis mensibus celebrandam in ecclesia ejusdem loci cum cantu et pulsatione solenni in perpetuum fundavit, in gratiarum actionem, quod sensit in sua infirmitate S. G. G. salutare sibi admissum auxilium ad sanitatem recuperandam.

Anno Domini 1582, homo quidam de parochia S. Martini D. Bron prope urbem Meduaz, ita gravissime infirmabatur quod salus ejus conclamata videri poterat: Interim sic cum infirmitate concertans per intercessionem B. G. G. divinam cepit experire clementiam, rovens se, depta per Dei gratiam sospitate, sacra ejusdem Pontificis Lipsana visitationum, cum oblationibus, et Religiosis Cantuarum Parci (apud quos idem sanctus requiescit) sine mercede servitarum, Audivit et exaudivit Dominus supplicis preces et competentem votum fecit. Ille autem gaudent veniens ad cartusiam reddidit nota tua, et servitio monasterii sese offerens supplicationem scriptam, conventui presentavit, Notarii publici sigillo communitam, in qua de sua infirmitate, voto et sanitate, qualiter nimirum acciderit, validum perhibet testimonium.

Juvenis scholasticus Gabriel Maturcius nomine quartana febre anxius, meritis et intercessionibus S. G. G. suppliciter se commendavit: cujus erga se benignum sentiens restituta incolumitate favorem, eidem et famulo ejus S. G. G. gratias relaturus venit ad cartusiam, votumque sui ac servitio sanitatis attestationem, versibus elegiacis descriptam, eidem reliquit.

Quidam monachus Ordinis S. Benedicti de monasterio S. Carilephi v. alde febriliter anxialatur; cumque S. G. G. implorasset opem, et postmodum sensit et desideratam sibi fuisse restitutam sospitatem, voluit in praedicto coenobio solennitatem dicti sancti institueret: atque expropter misit servum ad cartusiam Parci ut officium festivitatis ejus preberet. Illi porro responsum est, quia idem sanctus nondum per Apostolicam sedem erat in sanctum alio solenniter relatus aut canonizatus, et ipsi Cartusienus et nullum de eo faciunt officium, propter anniversarium solenne in die depositionis ejus. Haec acciderunt anno 1581.

Quamvis vero, ut diximus, nondum sit canonizatus, quantum tamen apud Deum possit, crebra ejus miracula palam testantur; veterum et enim relatione didicimus ea multa fuisse et insignia, quae tamen ob sui multitudinem vix describi possent: licet, pro antiquiorum id discerim, in hoc graviter peccatum sit ab illis, quod tam segnes fuerint ad ea annotanda.

Quamvis enim sacramentum Regis abscondere bonum sit (Eccl. 12), opera tamen Dei quae per servos suos efficit, revelare et confiteri honorificum est.

Manet porro idem, qui prius, peregrinorum concursus, eadem manat perennis curatio - nem, scaturigo ex uberrimo fonte gratiarum Dei in seruo suo, prosiliens: et quae Patres nostri annuntias erunt nobis de virtutibus sancti confessoris antiquis, eadem verminimus in diebus nostris (semper loquitur S. Clemens Bohic) his, inquam, perditissimis temporibus, in quibus licet totius pietatis fons infansito quodam camiculae sydere exaruisse videatur, manet tamen eadem, devotio seipso semper ferventior. Nam sicut - audivimus, sic videmus. Permanentem enim, et usquequaque vivacem, erga sanctum, devotionem, declarat frequens propuli concursus. Denique cereae imagines, et alia id genus votiva quae plurima illic deferuntur (quae tamen integra non custodita, sed ecclesiae usibus applicata sunt) supplicantes, offerentes, ac reddentes vota quae distinxerant - labia et corda eorum, eorundem computas factos perspicue demonstrant. - Ille autem concursus, quem dicimus, non est tantum vicinorum oppidorum, aut solius provinciae Cenomanensis, verum etiam Andegavensis, Lusitanensis, Normannicae, Britannicae minoris, Vellorum, Carnotensis etc... qui omnes uno ore paribusque acclamationibus Deo gratias agunt et famulo ejus S. Gualfrido cuius erga se beneficia recognoscunt: usque adeo enim propitium, cum experiantur universi, ut simul ac sacras ejus devotissimas reliquias venerunt, necdum, egresso verbo de labiis eorum, capita protendant sospitate, prout innumeris vicibus contigit, ipsis ultro referentibus probatum est, quorum plures extant attestations ab anno 1600. Sed hoc quid <sup>sunt</sup> inter tot saeculorum curricula quibus idem curatio fons dixit semper vivo fluxisse vestimendus est?

Confluent ergo et affluent usquequaque ad hunc sanctum non solum singulares, sed factis agmine generales oppidorum stationes, vel, ut vocant, processiones, qui inter - per antea devotioni suae (quae tamen non est secundum scientiam) eundem ut jam vindictam, (ut verbis utar optati) vel canonizatione venerantur. Inde solent hymnos, antiphonas, et orationes de communi unius Pontificis et confessoris in Paletia ubi requiescit, solenniter et processionaliter cantare; plerique etiam, ut soepe animarum est, de eodem missas celebrant, et plurima hujusmodi faciunt, prout eorum, devotio discretionis habenas non habens, eos impulit, nec momentibus quidem patribus hujus domus

Domus talis eorum seruo sitti aut dirigi aliter potest, ut proinde vere Dignitas Dei hic esse credatur, qui plerumque etiam ex ore infantium et lactentium laudem sedit perficere.

Quia vero non verecundoe sed ingrator mentis <sup>indiciu?</sup> iudicium est beneficia tacere Divina sicut publica s. g. ufridi beneficia enumeravimus, quoe in hanc Domum specialiter post suam mortem, constituit jam enarremus, ne cum publica enarremus, nostra quasi ingrati tacuisse iudicemur. Vere enim de Domo hac, Isidorus ad Gregorium (499. 19.) ex personâ Domini verba usurpare possumus, dicentis: Protegam Domum hanc et saluabo eam, propter me et propter G. ufridum servum meum. Ne autem a longe ista petentes fastidiosi simus, quoe nupero seculo acciderunt, pauca attingamus. Novit universa Domus Brevel quam effreni in Ecclesias et monasteria prore Debellaceli sint in quorum anibus Lutherus, Cabrinus et hujus modi profligatores vitiorum doctrinæque homines, pestiferum opinionum suarum virus afflaverant; quot monasteria ab ipis in una G. ulta desolata, discepta, diruta; maxime vero in his regionibus quando Dominus Brevel totam viciniam devastans, adjunctis sibi quamplurimis suoe nequitiae consortibus Abbatiam, de Bellebranche, aliæque huius vicinia Domui templa incendio assumpsit, hancque Domum, simili ruinâ involvere volebat, si sibi accessus in eam, facilis patuisset. Adventu quos audito monachi unanimiter clamaverunt ad Dominum, ut eriperet eos a viro iniquo per merita sanctorum, quorum reliquiae in Ecclesia Parci requiescunt; nec multo post infelix ille capite poenas luit. Quidam alii eidem Domui nocere volentes, Dei nutu dissipati sunt, s. g. ufrido instans Peramiel orante multum pro castitate sua tuitionem. Anno quoque 1577 Dominus de Bussy de Amboia voluit eam depredari, atque apud S. Dionysium, de Orguis omnia quoe ad oppugnandum, erant necessaria fecit preparari. Verum monachis misericordiam Domini per merita s. g. ufridi implorantibus, ab incepto miser ille destitit, nec multo post a comite de Montfortau miserabiliter fuit interfectus.

Anno Domini 1610 conventus hujus Domus scripsit R. d. Patri S. Brunoni hujus nominis secundo, ut de R. g. ufridi beatificatione ageret cum summo Pontifice et S. Cardinalibus, interposito V. P. Priore castitiae Romanae. Qui rescripsit ut conventus supplicationem summo Pontifici institueret, quam ipse Romam mitteret et S. Cardinalibus Ordinis protectoribus commendaret. Quod non factum fuit; Domini Cardinales rescripta erant canonizationis sanc-

totum procurandae studium non esse monachorum, sed episcoporum loci. Sed omnis ingens  
expensarum, quae inde consequentur, facile deterrere potest hominem bonae voluntatis.

R<sup>do</sup> S. G. aelfrido successit in Episcopatu (Cenomanenti) R. S. Guillelmus Roland qui centesima-  
-mit Parsi Decimas parochiae de Rouëssi assensu Capituli legavit cum trecentis libris pro dote  
universarii. Obiit autem, Genuae in Italia finis nonas Augusti anno 1260. In Gallia Chris-  
-tiana tom. 2. fol. 517.

Quaedam notitia familiae B. Gaepridi et fundatorum hujus  
Domus. - (ex mss. S. Petri Bohic fratris S. Clementis Bohic professi hujus Domus) -

Non minima quaestio est, an S. Gaeprides sit ortus ex Domo De Lodon, quae sita est  
apud Cenomanos, et non longe ab urbe Cenomanenti in parochia de Laignue Levesque.  
Ultimae certatur: sed videtur probabilior secunda opinio, quae eum Andegavensem facit.  
Primo ex locorum vicinis, nam constat eum Baronem, Levicarum, supra Ligerim, non longe  
ab Andegavo, in patrimonium habuisse. Soror ejus Margareta nupsit Domino Comiti de  
Montoreau, quae omnia non longe abest de Laudun. Secundo arma multum differunt,  
nam arma de Lodon sunt quinque rosae, vel quinta folia rubra, clavo aureo in corde trans-  
-fixa, in parma argentea: quorum foliorum, seu rosarum tria caput, duo faciem, unum  
comum seu utrumque parvae obtinent. Arma autem Lauduni (quae est S. Gaepridi) sunt  
valde dissimilia: scilicet parma de gueules rubra, transversam auream habens trabem,  
gallie vero bande d'or. Hoc eadem fratres ejus Fulco et Americus arma gestasse dicuntur.  
Habitavit autem S. Gaepridus nomine Hermandini sororem patris sui, quae connubio  
juncta Domino Guillelmo Morin (qui fuit Dominus du Ronchet etc.) legitimo illustrissimo  
regnante in Gallia Philippo Augusto; successu temporis Domus utraque de Lodon et de  
Laudun matrimonio confederatae fuerunt et consociatae; nimirum Gaeprido Morin  
Domino du Ronchet, Dominum, Alisiam de Lodon uxorem anno Domini 1300 acci-  
-piente. Quae et Domus S. Gaepridi nostra tandem etiam conjuncta fuit matrimoniali  
jure, cum Domo Bellimontensi vicecomitis fundatoris praecipui hujus centesimae; nimi-  
-rum, Domino Roberto Morin Domino de Ronchet uxorem accipiente N. de Anthencitia  
(hic est error ut videtur est ex tabula genealogica hic inserta, ait d. Le cont. in margine) filiam Joanni  
Bellimontis vicecomitis qui fuit Rex Jerusalem, et pater Domini Ludovici Bellimontis (de quo  
infra) qui jacet in choro Ecclesiae hujus Domus. Porro ex Ludovico isto et uxore ejus Elizabetha  
Borboua

Borbonia procreata est Joanna unica filia quae nupsit comiti D'Alençon; et hic Dominus Bellimontis interierat ut que ad Carolum ultimum Ducem D'Alençon, qui mortuus est post pugnam de Pavie; nam Rex Francicus 1<sup>us</sup> hunc vicecomitem Bellimontis Ducem, fecit et dedit sorori suae Margaretae, quam Regi Navarrae Henrico 3<sup>o</sup> uxorem dedit; unde orta est Joanna unica filia Desponsata Antonio de Bourbon, ex quibus procreatus est Rex Franciae Henricus quartus.

Hactenus de fundatione et de fundatoribus hujus Domus. —

---

(A) S. Le conteux a ajouté cette note en marge: « Il faut s'entendre robit-ment sur, quand on dit fondation, hujus domus fuisse de familia Alenconium, sed erat Petrus Bohicinus ann. dicit Ludovicus vicecomitem ex Elizabetha Borbonica uxore sua genuisse Joannam uxorem comitis D'Alençon, nam constat ex sanmarthanis quod obierit sine liberis. Lige tabulam supra insertam. » Voir cette table genealogique de S. Le conteux à la page suivante. —

# Tabula genealogica ultimorum Vice-comitum Bellimontis ex quibus ortus est Ludovicus benefactor Domus Paris, in qua et sepultus est.

## N. Vicecomes Bellimontis.

Radulphus Vicecomes Bellimontis  
qui 1204 locum in quo haec domus fuit  
data est; obiit circa annum 1240

Constantia de Thooneo\*  
Domina de Anchet uxor Domini  
Comitis de Fef. -

Robertus Vicecomes Bellimontis  
quid Tammasthans, sed cuius sit  
filius non dicunt. Hic autem videtur  
fuisse pater Radulphi. -

Richardus Vicecomes Bellimontis  
benefactor hujus domus qui obiit circa  
annum 1243. Uxor ejus Mathildis  
de Mont e Richardo benefactor  
hujus domus. Videtur autem obiisse  
sine liberis. -

Guillelmus  
de  
Bellomonte

Margarita comitissa de  
Fes Fundatrix hujus  
Domus

Agnis filia unica Theresae Vicecomi-  
-tatis Bellimontis nupsit Ludovico  
de Brienne filio nato secundo Joannis de  
Brienne Regis Jerusalem, qui obiit circa  
annum 1237. Videtur autem Agnes successisse  
Richardo Vicecomiti mortuo circa 1243.

Joannes de Brienne Vicecomes  
Bellimontis Dominus Hic susceptor  
de la Guerche et Poencie. Uxor  
Joanna Dña de la Guerche et  
Poencie. -

Ludovicus  
de Beaumont  
quis corpus  
in Anglia.

Henricus  
uxor Alice  
filia comitis  
de Boppon  
in Scotia.

Margarita  
uxor Boemondi  
Principis Anti-  
-ochiae et comi-  
-tis de Tripoly.

Maria uxor  
Henrici III. Dñi  
d'Auanguon de  
Goello et de  
soyone.

Joanna uxor  
secunda Guionis  
Dñi de Lav al.

Robertus Vicecomes Bellimontis  
uxor Maria filia Mauricii III.  
Domini de Craon. -

Isabella de Beaumont  
uxor Godofridi d'Anceus.

Anna de Beaumont  
uxor Rayani de Chours.

N. de Beaumont uxor  
N. Dñi de Montgeroul.

Joannes Vicecomes Bellimontis uxor.  
12 N. de Harcourt filia Joannis Dñi de Har-  
court Vicecomitis de Castelleraud, uxor 2<sup>a</sup>  
Margaret filia Aymari IV de Poitiers comi-  
-tis Valentini. De qua familia Diximus in  
domo Solentani et alibi. -

Godofridus de Beaumont Philippo.  
Valentia Reg. Francie a cubiculis uxor  
Joanna Dña de Baugay quae 2<sup>a</sup> nupsit  
Carolo Artico Comite de Longavilla  
in Normannia. -

Joanna de Beaumont uxor  
uxor Joannis d'Amboise  
Dñi de Beaumont super  
Ligerim a quo Domini de  
Charmont.

Margarita  
uxor  
Bernardi  
de  
Ventadour

Ludovicus Vicecomes Bellimontis Dominus de  
la Guerche, de Poencie et de la Fleche benefac-  
-tor hujus domus, occisus anno 1364. uxor ejus  
Isabella Bordonia filia Jacobi Bordoni comitis  
de la Marche et comitis Hiberniae Franciae, quae 2<sup>a</sup>  
nupsit Richardo 1<sup>o</sup> comite Vinidocensi. Ab  
Ludovico nullus suscepit liberos, licet Petrus Bor-  
-donius contrarium dicat, sed mihi videtur potius  
des adhaerenda Tammasthans qui eum obiisse  
sine liberis. -

Maria de Beaumont  
uxor Guillelmi Chamillart  
Domini de Anthemasia.  
Haec videtur obiisse ante  
fratrem. Unde nunquam  
fuit dicta Vicecomes  
Bellimontis sed ejus  
filia.

N. de Anthemasia uxor Roberti Morini  
Dñi de Anthem. Dicitur filia Joannis  
Vicecomitis Bellimontis uxor Petri Bohio  
sed id videtur impossibile, non enim  
nominat de Anthemasia unde potius ee-  
-derem, eam fuisse filiam minimum Morini  
de Beaumont et Guillelmi Chamillart  
Dñi de Anthemasia, ut proinde nuptias  
non filiarum profuit Joannis. -

Maria Chamillart Vicecomes Bellimontis, haec est hujusmodi avuncula, contra quem hie potius contra  
Guillelmum Chamillart tanquam ejus patrem, et tutorem litam movit Isabella de Bordonia vidua Ludovici  
ac decretionem Senatus Parisiensis obtinuit anno 1365. Nupsit Maria anno 1371 Petri comiti de Alenconio altero  
fundatore de Vallis Dei, ubi plura de eodum obiit. Illa (M) anno 1415 die 18 mensis Junii. -

\*. - Les armes de la maison de Thoone et de Anchet dont celle fondatrice a eu semblable des couleurs, estoient d'or à une Rose  
de gueules, qui un peu blasonnement de gueules à une Rose d'or, d'autres disent d'argent à trois hures de sanglier de  
sable; et aucuns d'argent à un dextrochere de gueules portant un gonfanon aussi de gueules et l'on a vu l'ancien de  
simple.

Familia Dominorum de Lhoeny et de Conchis ex quibus Fundatrix  
 hujus Domus videtur orta; antiquissima est ac nobilissima, Ducitque originem a  
 Malahulcis patris Rollonis I. Ducis ac conqueroris Normannie.

Rodulphus I Dux de Lhoeny de stirpe propositi Malahulci, clauit circa annum, 1080.

Rogerus ab eis Richardus filius ejus clauit sub Richardo 2 et 3. et Willulmo 1<sup>o</sup> Richardi 3. Ducis  
 Normannie; qui tandem contra Willulmum, tunc Ducem rebellans in proelio occisus est cum duobus filiis. In historia  
 Normannorum, Willulmi Gemeticensis monachi: Universalia historia Ordinis Vitalis Uticensis monachi lib. 3. Cap. 1050.

Rodulphus II, Dux de Lhoenia et de Conchis  
 magnus Normannie signifer sicut ejus  
 pater fuerat; de quo in gestis Guillelmi Ducis  
 Normannie et Regis Anglie. Fundavit Abbatiam  
 S<sup>t</sup> Petri Castellionis ex Willulmo Gemeticensi lib. 7.  
 cap. 22. Ordinis vero Vitalis lib. 7. Cap. 1080 dicit  
 eum inter principes Normannie principes Duci-  
 bus et honoribus maximis ornatum, annis que per  
 60 d<sup>o</sup> Augusti dimisit filius Guillelmo Regi et Roberto  
 Duci filio ejus strenue militasse, actum tunc  
 obisse anno 1108. uxore ejus Elizabetha de  
 Monteforti filia Simonis.

Helbertus  
 cum patre  
 occisus domi-  
 - cano contra  
 Rogeros,  
 Dominum  
 de  
 Bellomonte

Helimantius  
 cum patre  
 et patre in  
 eodem con-  
 - flicto per-  
 - scriptus est.

Adalina uxor Willulmi comitis D<sup>o</sup>  
 Hereford in Anglia qui fuit filius Osberni  
 propinqui Duci Normannie Willulmo  
 et fundavit duo monasteria, unum  
 apud Hereford, in quo profatur uxorem  
 suam sepelivit, alterum apud Colme-  
 - liam in quo ipse conditus jacet.

Rodulphus III, Dux de Conchis et de Lhoenia  
 patrem suum per 24 annis obtinuit mortuum  
 circa annum 1126 et cum patre sepultus in  
 Abbatia S<sup>t</sup> Petri Castellionis. Uxor Judith seu  
 Adeliga filia Waldewi comitis  
 Hunstondoniæ.

Rogerus de Lhoenia  
 obiit Dolatens ante  
 patrem, obiit man  
 circa annum 1090 se-  
 - pulchus in Abbatia S<sup>t</sup> Petri  
 Castellionis.

Godschildis de Lhoeny 1<sup>o</sup> nupsit Roberto de  
 Novoburgo filio Henrici de Bellomonte comitis  
 de Warrwick et Burgonie et Policie comitis  
 fundatoris Vallis Eci; qui Robertus mortuus,  
 2<sup>o</sup> nupsit Baldvino Regi Januacen filio Iustit  
 comitis Bohemie juncti scriptores Normannie.  
 Sed Baldvinus obiit a<sup>o</sup> 1118 et Robertus de Novob-  
 - burgo a<sup>o</sup> 1159 - quem deo ergo Godschildis  
 primam nupsit Roberto?

Rogerus de Lhoeny a Guillelmo Duce  
 Normannie et Rege Anglie circa annum  
 1135 adhuc juvenis apud Conchas obiit  
 detur, teste Ordinis Vitali lib. 13. De  
 ejus successoribus nihil habemus  
 reperi; ab eo tamen videtur orta  
 Domini de Lhoenia et de Conchis  
 Antecessores Fundatrix Paris.

Hugo sepultus  
 Londini in Anglia  
 apud Canonicos  
 Regulares S<sup>t</sup>  
 Lucei.

Simon  
 de  
 Lhoenia.

Isabella de  
 Lhoenia et plures  
 alie filie.

(Nactus & Le contulc innotit)

# Chronicon Priorum Domus Parci. —

Ab anno fundationis hujus Domus usque ad annum 1247 nihil occurrit de Prioribus ejus. Verum pro dicto anno fuisse quidam

D. **Wilhelmus**

Prior 1<sup>us</sup>

« Hoc patet ex vetusto quodam manuscripto ipsius **Wilhelmi**, quod tale est: Nos **Wilhelmus** dictus Prior de Parco B<sup>ene</sup>dicti Ordinis Cantuariensis et ejusdem Domus consentiens, confitens nos dedisse Priori de Valle Dei ejusdem Ordinis in domo nostra plenarium monachatum. In cuius rei testimonium dedimus ei presentem chartulam nostris sigillis munimine roboratam. Daturus anno Domini M. CC. XL septimo (1247) — »

Antiquorum porro fuisse inter utramque domum associationem ex veteribus monumentis Domus Parci exploratum reddunt: et de his tale instrumentum: — Ego **Henricus** Prior et conventus Vallis Dei, Notum facimus presentibus et futuris, quod de licentia Capitali generalis contracta est inter domum nostram, et domum de Parco cum bona voluntate domus utriusque, Societas plenarii marchatus propter universarium. Et ne impostum, possit super hoc a subsequentibus aliquatenus dubitari, hanc societatem domui de Parco sub sigillo nostro fideliter attestamus, sicut ipsi hanc nobis sub sigillo suo veraciter recognoscunt. Concessimus etiam ad invicem, ut quando obitus cujuslibet fratris occurrerit sine dilatione brevis, mortui nobis ad invicem transmittamus. Actum anno Domini 1243, mense Januario. — Postea anno 1342 renovata fuit haec associatio inter utramque domum, cujus liber ad habemus infra. —

Patet autem hunc **Wilhelmum** adhuc profuisse huic domui circa annum 1256, quo anno ad eum scripsit epistolam Prior Vallis St. Petri. Hanc habes supra ubi agitur de morte sancti Gaurpiti. Verum quo anno Prioratum desererit non ita constat. **Mathones** (cum aliam Priorum haec domus habuerit anno 1260 ut mox dicemus) crederem eum, absolutum, fuisse anno 1259, et ad domum Parisiensem non multo ante inchoatam accidisse (non ut Prior quidem. Docendum fuit 1<sup>us</sup> Prior Parisiensis): quod quidem colligo ex quaedam epistola, quam dictus **Wilhelmus** scripsit ex domo Parisiensi ad **S. Martinum**, monachum, Domus hujus Parci. Hanc epistolam, regnae infra in carta lego Priorum Domus Parisiensis. — Porro quomodo hanc fuerit et dilectis a suis filiis de Parco hic **Wilhelmus**, declarat subjecta epistola: — « Magistro **Philippo Bougeri** ex parte conventus de Parco

De Parco, Rogamus vos quatenus, cum Parisiis veneritis, accedatis personalem ad venerabilis  
Patrem nostrum D. Guillelmum, quendam Priorem nostrum de Parco et inquiratis diligenter ab eo  
utrum voluntatem habeat revertendi ad nos, ad vivendum, et commoriendum, sicut pollicitus est  
et nobis mandavit. Hanc tamen quod nobis rescribat, utrum possimus eum habere absque licentia  
Prioris Cartusie, si autem parati sumus nuntium mittere apud Cartusiam pro hac causa sistere.

D. Tocelinus.

Prior 2<sup>us</sup>

« Hic procerat huic domui annis 1260 et 1262, ut ex subjectis epistolis apparet: « Universis proce-  
-sibus literis inspecturis Fr. Tocelinus Prior B<sup>l</sup>o Marice de Parco Ordinis cartusensis salutem in  
Domino. Novistis quod cum in nostro ordine sit statutum ut novitius annis completo etc...

Datum anno Domini 1260, mense Januario. » et in alia epistola: « Universis proce-  
-sibus literis inspecturis Fr. Tocelinus de Parco B<sup>l</sup>o Marice Cartusensis Ordinis Cenomanensis Dioc-  
-cesis dictus Prior, et ejusdem loci conventus salutem in Domino. Novistis etc. Datum  
anno Domini 1262 in festo beati Augustini. »

Anno Domini 1260 Piores Domorum Vallis Dei et Ligeti a Capitulis generali constituti  
sunt herethetoe in hac domo: extat de hac re veteris monumentum, quod tale est:

1260-« In nomine Patris et Filii et Spiritus S<sup>c</sup>i Amen. Anno Incarnati onis Domini M. CC.

sexagesimo Nos Stephanus Vallis Dei, et Joannes Ligeti dicti Piores Cartusensis Ordinis  
missi a Capitulis gen<sup>l</sup> ad domum de Parco in Charria ejusdem Ordinis Cenomanensis Dioc<sup>e</sup> etc.  
(Cenomanensis Diocesis, de mandato ejusdem Capituli assignavimus terminos dictae domus  
sunt in presenti carta continetur. Imprimis volumus et concedimus quod terminus dictae  
domus durent usque ad novam villam, exinde sicut magna via ducit per nemus usque  
ad s. Symphorianum, et de s. Symphoriano usque ad Ruille; et de Ruille usque ad Espineu  
le Chourcul; et de Espineu usque ad Chassille; et de Chassille usque ad manerium Ma-  
-thoei dicti Galatee de vado de Coulines: a dicto manerio usque ad Guimondel, de  
Guimondel usque ad s. Audoum, et exinde usque ad Polleim, de Polleis usque ad  
Varennas: de Varennis usque ad Espineu cum vicis in circuitu: de Espineu usque  
ad manerium tabium; de tabibus usque ad domum Gerardi de Babee militis: de  
dicta domo usque ad chemirium le Roy; et exinde usque ad vegiam; et de vegia usque ad Lin-  
-netum; et de Lineto usque ad Chastres, et exinde usque ad Guingant; et exinde usque ad la Cou-  
-sille, et usque ad Balade: Deinde usque ad novam villam prius nominatam. Et ut ex  
hoc posteris nostri certiores reddantur, sigilla nostra huic cartae apponimus in testimonium veritatis.

Hactenus termini domus Parisi; qui quidem dicuntur termini acquirendi de quibus hoc in  
statutis Guigonis habentur cap. 61: « cupiditatis occasiones nobis et nostris posteris (quantum  
Deo jurante possumus) procedentes, presentes scripte sanctione statuimus quatenus loci hujus  
habitatores, extra suos terminos erami nihil omnino possideant; Id est non agras, non vineas,  
non hortos, non pectelias, non cimiteria non oblationes, non decimas et quocumque hujusmodi.  
Hoc Guigo. — Petrus quoque Cluniacensis (lib. 2. mirae. cap. 28.) primorum castus cecidit, insulid a  
recensens, hoc etiam, quod ad hujusmodi spectat terminos, adjicit: « cupiditatem insuper,  
quae omnium malorum, radix dicitur, vel asariciana, quae adolorum seruitas vocatur, nec in  
venerosa virgulta quolibet tempore procedere potest, ita radicitus avulserunt, ut certos termi-  
nos juxta locorum suorum fertilitatem, aut sterilitatem, in circuitu cellarum suarum, majores  
minoresve profigerent, extra quos, etiam si totus eis offerretur mundus, nec saltem, quantum  
pes humanus occupat terrae spatium acciperent. » Hoc Petrus Cluniacensis.

Eadem habentur in Bulla Clementis Papae IV (inter privilegia ordinis bulla 47.), ubi ait: « tandem  
ut eo liberius tam studium obtinere, tam obtinere, studium prosequerentur ad vultum; quo  
curis temporalium, paucioribus tenerentur, certos sibi possessionum, terminos, certa genus,  
sexum, et numerum animalium, pro eodem tempore statuerunt, ut sicut rerum possessio li-  
mitum, sic et cupiditas finem, acciperet; cum secundum lignorum, multitudinem, ignis  
ardeat, et deducto stipite, vel subducto, consuescit flamma minus vel parva. » Hoc illis.

Coeterum, cum anno Domini 1259 Rifforius Prior majoris Cartusiae ac totius Ordinis Cartusi-  
ensis Minister generalis, antiqua Ordinis Statuta addidit, praedictam Domini Guigonis con-  
-titutionem, de possessionibus extra terminos non habendis moderatas est adjecta. haec clau-  
-sula: « absque licentia Capituli generalis. » (ant. stat. part. 2. cap. 19. § 1. et 8. — 3<sup>o</sup> Compl. cap. 3. § 6. 4<sup>o</sup> regum.)  
Juxta hanc moderationem, emanant litterae ab eodem Rifforio et Diffinitoribus Capituli  
generalis anno 1265, in favorem hujus domus, quae tales sunt: « Universis presentes  
litteras inspecturis R. Prior Cartusiae et ceteri Diffinitores Capituli generalis salutem, in Domino.  
Noveritis quod nos attendentes moritatem, et paupertatem, domus de Parco nostri Ordinis,  
concessimus et dispensavimus cum eadem ut ipsa percipiat et teneat in perpetuum, ele-  
-mosynas sive acquisite extra terminos quocumque sint illa. In cuius rei testimonium,  
praesentes litteras sigillis domus Cartusiae sigillatas dictae domus tradidimus conservan-  
-das. Datum anno 1265, tempore Capituli generalis. — »

Tam enim, anno scilicet 1252, Innocentius IV permiserat Capitulo genti ut dare posset  
licentiam acquirendi extra terminos. Super hac re extat Bulla ejusdem Papae inter privile-  
-gia n: 62. - At vero ubi haec moderatio supradicta a Rifferis facta, a Summo Ponti-  
-fice Clemente IV. audit a fuit, displicuit in oculis ejus, ac R: Patri Cantusien-  
-tibusque ad  
quos pertinebat valde succensuit, datus ad eos hujusmodi literis valde acerbis, inter vetera  
sic scribens: « Ceterum ac audisimus protestantis patribus nati filii (si tamen filii Dei de-  
-beant qui paterna pestigia non sequuntur) in Capitulis generalibus ad officium diffinito-  
-rum assumpti, pecto quodam compassionis affectu, domorum quarundam vestrarum, deple-  
-rentes penuriam; causantes insuper, quod generaliter totus ordo per religiones pauperes  
et modernas elemosynis pluribus depraedatur; quibus olim consueverat sustentari: de anti-  
-quis constitutionibus et observantiis vestri Ordinis immutare pleruma prosumpsissent. » Hoc et  
plura alia Clemens Papa, qui tandem, in fine epistolae suae hoc adiecit: « Statuimus igitur et  
inviolabiliter observari precipimus quod de antiquis ipsius Ordinis constitutionibus generali  
Capitulo vel diffinitoribus, nunquam liceat absque Prioris et monachorum domus majoris Cantu-  
-sien-  
-sibus consilio et assensu aliquid immutare. (Vide l. p. antiq. Statut. c. 19. §. 8.) Sed nec eis consentien-  
-tibus immutatio hujusmodi solus habeat, donec eorum perdurante consensu in tribus Capitulis  
generalibus successive fuerit confirmata: quod si secus fuerit attentatum, id decernimus irri-  
-tum et inane. » Haec ille. - Juxta hanc moderationem, Cantusien-  
-ses Parsi praedicta Capituli  
genti concessione g avisos in posterum fuisse ex veteri instrumento demonstrari potest, quod  
tale est: « Reverendo in Christo Patri Domino Bonifacio Priori majoris domus Cantusien-  
-sibusque Patribus diffinitoribus in Capitulo generali Cantusien-  
-sibusque Ordinis proxime celebrando  
eligendis: Fr: Thomas et Petrus domorum, Pontis nostre Domine et Vallis Dei Priores, ant-  
-oritate propositi Capituli genti primum Franciae Visitatores speciales, domum Parisi acta visi-  
-tantes, seipsos cum omni reverentia, honore et obedientia, congerendo nobis exposuit Prior  
ejusdem loci nomine suo et conventus sui quod cum, infra terminos monachorum, olim eis  
secundum primitivam, Ordinis institutionem, et limitationem, in ultimum, paucos redditus ha-  
-beant; extra vero multo plures et dispersos a tempore citra titulo tam donationis quam  
emptonis acquisitas teneant: pro quibus disponendis procurandis et recipiendis, procurator eorum,  
juxta rigorem primitivum, et seriem, Statutorum, nequaquam, valeret sine absque licentia speciali  
Capituli genti vel R: Patris nostri praedicti, quae si eis aliquando denegaretur, in detrimentum  
domus nra

\* Videtur intelligendum illas 85 licentias magnas et 60 em parvas, quae in veteribus chartis Capituli generalis Prioribus, Rectoribus etc. pro expediendis negotiis suis, terminos ex-  
-undi dabantur. Quae autem sint huiusmodi licentiae accipe ex charta Capituli generalis anni  
1404 ubi declaratur propter aliquorum ignorantiam, magnas esse licentias quando  
eadem die extra terminos pernoctatur: parvas vero esse licentias, quando eadem die  
infra terminos reditur. Vide etiam cap. 4. lictioe compilationis §. 20. ... » D. Le Couvreur  
a mis cette note en marge. —

Domus non modicum cederet: quapropter nobis supplicatione, est quatenus altentis premissis terminos procuratorum, nondum concessos, inferius declarandos vellemus eis assignare, videlicet a parte orientali a Domo predicta usque ad Cenomanensem civitatem, per septem leucas distan-  
-tem: inde girando versus meridianam plagam ad Flechiam, tendendo ad villam, Vbeillen et-  
-Casti Gonteri. a predicto autem loco veniendo ad occidentalem plagam usque Lavalem, dehinc  
-precedendo ad partem septentrionalem usque ad Villeium, et Fresneium: post hoc ad Bellom-  
-montem terminando in orientem, ad predictam, Cenomanensem civitatem. Quos quidem termi-  
-nos sicut profertur descriptos, vestris reverendis paternitatibus proest auditis, iuxta vobis  
-ad eos inspiratam, discretionem, modificandos seu limitandos, approbandos vel reprobandos.  
-Hoc proest scripto reliquimus in memorata Parisi Domo, nostro munus maximis sigillorum  
-firmato, die 16<sup>ta</sup> mactii anno 1406. » Anno vero 1608 isti termini confirmati fuerunt <sup>per</sup> ~~per~~ <sup>per</sup> ~~per~~  
-tulam generale. -

Anno 1866 Clemens Papa IV. sequentes dedit literas in favorem hujus Domus:

« Clemens Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Episcopo Cenomanensi salutem et Apo-  
-stolicam benedictionem. In parte dilectorum filiorum, Prioris et fratrum, Domus Parisiensis ordinis  
-Cenomanensis Diocesis fuit propositum, coram nobis quod vicecomes Bellimontis tue Diocesis  
-et sui, fratres Domus ipsius de Parco contra libertates eadem Domini ab ipsis fundatore concessas  
-violando, frequentes et indebite multipliciter inquietat, idoque fraternitati tue per Apostoli-  
-ca scripta mandamus quatenus eosdem vicecomitem, et suos, quo a talibus inquietationibus om-  
-nino desistant, monitione premissa, per censuram, heclesiasticam, cognita veritate, compescas,  
-provisio nam in universitatem, Bellimontis excommunicationis vel interdicti sententiam, proferas,  
-nisi super hoc mandatum, a nobis receperis speciale. Datum Viterbi 6 Junii Pontificatus nos-  
-tri anno secundo. » Episcopus cui hoc mandatum fuit, erat Gaufridus Treblon qui cepit  
-sedere anno 1260 usque ad 1274, quo obiit 18 Kalend. Decembris. — » ita est.

D. Odo

Prior 3<sup>us</sup>

« In libro amiversariorum legitur: 7<sup>o</sup> calend. Junii obiit: R. P. S. Odo Prior hujus Domus qui tempore  
-suo Domum cum conventu in utroque regimine laudabiliter et devote rexit. Hunc autem primo  
-hujus S<sup>ci</sup> seculo rexisse putat S. Clemens Bohic: quod et probabilissimum est. » ita est.

D. Theobaldus

Prior 4<sup>us</sup>

« Hunc quoque primo seculo fundationis rexisse asserit S. Clemens Bohic, qui ejus obitum  
-ex libro

ex Libris amiversariorum, sic describit: In die nonas novembrii obiit - V. P. S. Ekobaldus Prior hujus Domus qui tempore suo in amolitionibus erga Reges et Principes virriter laboravit, et in utroque regimine statum Domus prospere sustinuit - » ita est.

### Anonymus

Prior 5<sup>us</sup>

« In id. anni 1334 denunciatur obitus Prioris hujus Domus cum tuncemario per totum Ordinem, cujus tamen nomen non ponitur.

Anno 1330 Joannes Papa 28 ad requestam conventus hujus Domus concessit plenam indulgentiam in mortis articulo omnibus personis nostri Ordinis. Hujus rei exta-vetus monumentum in archivis hujus Domus quod talis est:

1330. — Joannes Papa 28 concedit personis Ordinis plenam indulgentiam in articulo mortis. — « Religiosis viris Priori et conventui Domus Parisi, ac universis Prioribus et fratribus Ordinis Cartusienis, presentes literas inspecturis, Binius de Senis Papae notarius salutem in Domino. Novimus nos vidisse supplicationem quandam in pergamento scriptam, omni vitio et suspitione carentem, cujus tenor talis est: Supplicavit sanctitati vestrae devoti oratores vestri et humiles filii Priores et fratres Ordinis Cartusienis quatenus de benignitate vestra solita eidem Prioribus et vicariis monasteriorum, monialium, dicti Ordinis, quod singulis personis ipsius Ordinis, dum tamen in obedientia dicti Ordinis moriantur, et vicariis eorum, quod ipsi Prioribus et vicariis, Prioribus autem, et vicariis absentibus, donec confessi erint, quod profatis personis dicti Ordinis semel tantum in mortis articulo, omnium peccatorum suorum de quibus confessi fuerint et contenti, vel libenter confiterentur si eorum haberent memoriam, plenam indulgentiam, graentur, claves Ecclesiae se extendunt, auctoritate vestra concedere valeant, dignemini misericorditer indulgere saltem in foro conscientiae sine literis verbo tantum. In fine autem, dictae supplicationis scriptum erat - de manu (pro ut firmissime credimus et tenemus) sanctissimi Patris et Domini Domini nostri Joannis Papae 28. Fieri in forma pro semel. B. In cujus rei testimonium, ad requisitionem fratris Joannis de Alportibus Rediti monasterii Vallis visidii prope Parisius Cartusienis Ordinis praesentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datus Avinionae octavo Kalendas Julii anno Domini M. CCC. trigesima. Pontificatus profatis Domini Joannis Papae 28 anno quatuordecimo. — » ita est.

### D. Bertrandus de Volta

Prior 6<sup>us</sup>

« Hujus obitus reperitur in id. anni 1346 his verbis: Obiit D. Bertrandus de Volta monachus Domus Parisi

Domus Parci qui habet monachatum, per totum Ordinem, undecimo Kalendas Maii. In quo bene-  
-ficio non absurde conjicio cumfuisse aliquando Priorum, licet in dicta charta non fiat mentio  
prioratus, juxta morem horum temporum, nam quando quis olim Prior in solitudine moriebatur  
ejus obitus demum et aliter simpliciter sine ulla mentione hujusmodi prioratus. Hic etiam Bestia  
- Dus mihi videtur esse ex antiqua familia Dominorum De Volta et De Andusia, et forsan frater  
vel pater Bernardi De Volta, qui ante annum 1332 duxerat uxorem, Alienoram filiam Aymar  
IV comitis Valentiniensis cujus avia fuit Floria fundatrix Potentis Cantabrigie filia.

In hi. anni 1338 hoc de hac Domo leguntur: « Petitiones Prioris Parci De duobus Donatis recipiunt  
- dit ex audientur, ita tamen quod dent se sua et sub iisdem, promissionibus. » Hoc charta. Quae  
autem fuerint hujusmodi promissiones, in eadem charta exprimitur, in qua idem Priori glauderit  
conceditur, ita tamen (inquit charta) quod dicti Donati promittant - castitatem, et obedientiam,  
et correctioni Ordinis se submittant. - » ita est.

D. Hugo

Prior 7<sup>us</sup>

« D. Clemens B. h. c. nomen integrum non ponit, sed tantum literam H. ut vero in literis  
associationis Vallis Dei quam copiam habuimus in Domo Fontis B. M. e. Hugo per totum legitur.  
Hic erat Prior hujus Domus anno 1342, ut patet ex literis associationis Vallis Dei cum hac  
Domo Parci, quos talia sunt: « Reverendis in Christo Patribus ac fratribus et amicis charissimis  
J. Thomae Priori Vallis Dei Cantabrigie Ordinis, ac ejusdem loci venerabili Conventui P. Hugo  
humilis Prior Domus Parci ejusdem Ordinis ac ejusdem loci conventus salutem, et pro fructu  
laboris assidui in margaritam celestis patriae finaliter adipisci, et in Divinae Landis cremulibus  
fervor charitatis inter nos amplius accrescat, et fratrum nostrorum, Decedentium eo  
amplius animarum saluti provideatur in charitate fraternam qua plures intervenerint  
intercessores. Hinc est quod benigno et favorabili consensu plenam vobis in Domino  
concedimus associationem spirituales, videlicet quod ex nunc et in posterum, pro uno-  
- quoque monacho defuncto ac etiam reddito clerico et converso in Domo vestra professio  
ant in dolo, undito ejus obitu in Domo nostra plenarium monachatum, cum anniversariis  
sicut et pro alterius persolvemus. Coeterum, ob animarum veterum, majus remedium,  
et salutem, quae omnibus nostris <sup>unus</sup> monachorum, tam sacerdotum, quam non sacerdotum,  
ac etiam clericorum, Redditorum, sacerdotum ad usum missarum, de Regni, una cum pro-  
- missis celebrandam, volumus obligari: et monachi non celebrantes 50 p. almos dicere.  
- hanc autem

teneantur. supplicantes in Domino quatenus et vos et posteri vestri pro monachis et clericis redditus ac conversis domus nostrae pro Dei misericordia per omnia similiter faciat. Valete in eo a quo valor rerum omnium derivatur. Datum sub sigillo domus nostrae anno Domini 1348. —) Illustres litterae domus Parci pro domo Vallis Dei. Inest etiam litterae ejusdem domus Vallis Dei ad Dictam, domum Parci sub eodem anno ac eadem praesens forma.

In ch. 1346 ex carta Prioris de non veniendo ad Capitulum, admittitur nec p[ro] h[uius] m[od]o. Et eadem conceditur quod possit dare duo anniversaria benefactoribus suis pro ut supplicavit; et possit vocare duos monachos ad professionem cum para-personarum et eorundem Priorum. Item quod possit dare unam missam de B[ea]ta Virgine Maria vicadama qualis et hebdomada pro Domino Rege Francie. in vita est.

### D. I.

Prior 8<sup>us</sup>

« Nomen huius nescimus, sive sit Joannes sive Jacobus vel aliud nomen. In libro anniversariorum, duo ponuntur Priores nomine Joannes, quos S. Clemens Bohic putat hoc saeculo profuisse, ex quibus hic D. I. unus esse videtur. Verba libri Anniversariorum inferius sub altero Joanne referemus. Constat tamen quod anno 1347 erat Prior huius domus D. J. prout legitur in literis associationis domus Ligeti cum domo Parci, quae tales sunt: « Reverendis in Christo Patribus ac fratribus et amicis charissimis Domino I. Priori domus Parci ordinis Cartusien[si]s, ac ejusdem loci conventui venerabili, Fr[ater] I. humilis Prior Ligeti ejusdem ordinis, ac ejusdem loci conventus salutem et pro fructu laboris assidui coelestis patrie finaliter adiutici etc. ut supra in associatione Vallis Dei, nisi quod non exprimuntur nec associantur conversi domus Ligeti. Datum, sub sigillo domus nostrae anno Domini 1347, die lune post festum B[ea]tae M[ag]dalene.

In charta anni 1348 sic legitur: « Obiit Dominus Episcopus Canonensis qui habet t[er]ranas per totum ordinem. » Hoc charta, quae nomen non ponit. Videtur autem, ex Gallia Christiana fuisse Gausp[er]dus de la Chapelle 54<sup>us</sup> Episcopus Canonensis, avunculus Petri de Foresta Cardinalis Archiepiscopi Rothomagensis, Francieque Cancellarii. —

Anno 1364 Illustres Dominus Ludovicus procomes Bellimontis filius de reg[is] arctoe vicecomitis Bellimontis pugnavit contra Anglos in Normannia in loco qui Cocherel alius cum S[an]cto Leupradi dicitur, occubuit, sepultusque fuit in ecclesia Parci ante majus altare. Is cernens

Cernens priorem Radulphi (ujus hoeres fuit) fundationem non satis dotatam fuisse,  
centum libras reddituales in ejus augmentum legavit. Eius tumulo, qui in summitate  
chori ecclesie Parci eminet, super strata spectatur lignea ejusdem effigies. De hoc Ludo-  
-vico sequentia in chartulariis hujus domus leguntur: (voyant lire d'une enquete faite sur le  
testament dudit viconte l'an 1378) « Quant le dit feu viconte se partit de Paris ayant logé  
en la rue de la Herpe a l'hostel merché et signé de l'escur de St-George; et ces propos furent  
dicts de luy le vendredy prochain avant la journée pour l'aller a la bataille. De ce lieu et en  
il fut mené a mort, et dit a plusieurs estant avec luy et en sa compaignie: mes amis  
nous allons a cette bataille, si ne sçay comme il nous avendra, mais si le cas est et que  
je y meure, j'ay ma sepulture en l'eglise de St-Geoffroy de chartreuse ou maine devant  
le grand autel, aux quieux religieux je donne et lèsse cent livres de rente a toujours  
mais sur mes possessions, et veit que quelque part que je meure ou reume de France  
ou ailleurs que je sois mené et enterré ou d'icte eglise ou lieu que j'ay devisé, l'uy se

Hoc accidit passim le vendredy, et le samedi apres le dit feu viconte, et le dit Monsieur Jehan le Bigot, et  
23 mil  
Dieu Jour  
no 15 64 plusieurs autres chevaliers et escuiers s'emparèrent a aller a la dicte bataille. De ceherel,  
ou le dit viconte fut mené a mort, et apres Jehan de Champressant et feu Guillaume  
et mons<sup>r</sup> Jehan le Bigot et un appelle Rhesault de . . . pour lors ennemy du roy an-  
-me, firent venir le dit viconte apres qu'il fut trespassé au dit lieu en l'eglise de chartreuse  
et le firent enterrer ou dicte eglise ou lieu que le dit feu viconte avoit déclaré et ordonné.

Sçant que le dit feu viconte (uxor ejus erat Elizabetha de Bourbon) fut oncques chef de guerre  
luy et Fouques de Montebant allerent un jour du grand vendredy en pelerinage a nostre  
Dame du Parc en charrie de l'ordre de chartreuse et que quand ils furent au dit lieu  
de chartreuse que le dit feu viconte luy monstra le lieu ou il devoit qu'il seroit enterré  
en luy ditant, mons<sup>r</sup> Fouques vegy ou je seray enterré si dieux j'alaist quand je seray trespassé  
(Charles d'heureux Roy de Navarre ayant perdu Mantas et Maulan<sup>un</sup> envoya chercher l'heureux et au commencement  
-ant du combat y fut blessé ce heigneur viconte. nota en marge). - Quand le dit viconte fut mené  
Jehan Manhuon fut un de ceulx qui le prindrent et misrent hors du champ, et le portè-  
-rent au chastel appelle Fontaines pres de coherel. Jehan le Bigot estoit avec luy, et  
apres avoir ainsi tiré du champ le dit viconte, le dit Bigot remonta amiere sur son  
cheval et courrut esriere sur les anglois (navarrois, les anglois y estoient les premiers a la charge)

et y fust mult longuement et puis se tourna aredict chasteel on estoit ledit feu viconte, et  
les luy respondit que Dieux en avoit fait son commandement. — » ita est. —

## D. Guillelmus

Prior 9<sup>us</sup>

« Anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quinto (1365) erat Prior hujus Domus  
Parci S. Guillelmus, ut patet ex literis ejusdem, amortigacionis, que habentur in repertorio  
titulorum, Capto 54. fol. 43. a. primee partis.

In libro Benefactorum, 10 Kal. martii sic habetur: « Obiit nobilis vir P. Duzgiers natione  
Anglica oriundus, qui dedit nobis octingenta suta unde habuimus terram de Brollis et de  
la Pissote, et etiam ex dictis precursis Denariis fabricatoe fuerunt domus infirmarioe  
cum capella et parva capella mulierum, ex cap. 58 secunde partis repertorii titulorum, fol.  
101. Hoc accidisse videntur circa annum 1366. Porro capella infirmarioe (de qua hic  
mentio habetur) fuit dedicata anno 1513 octavo septemb. in honorem S. Mariae de ad daleise.  
Capella vero mulierum, fuit dedicata anno 1468, 23 die Junii. — » ita est.

## D. Joannes

Prior 10<sup>us</sup>

« Anno Domini 1370 erat Prior hujus Domus quidam S. Joannes, ut patet ex Repertorio  
titul. par. 2. cap. 62 fol. 103. — In ch. anni 1371 haec leguntur de hac Domo: « Priori Parci  
non fit m<sup>ia</sup>. Et omnia quaecumque scripserunt Prior et conventus dicti loci Capitulo generali  
communitatis vel divisioni committitur visitatoribus ut illa examinent et determinent, prout  
secundum Deum et Ordinem viderint expedire: et ad momentum Visitatores, ut ibi se trans-  
ferant quancito commode poterunt etc... Similiter eis committitur examinatio et disposi-  
-tio omnium de quibus scripserunt etc... Expeditionem autem illius converti de quo scripse-  
-runt committimus Priori Ligeti qui de eo disponat prout sibi viderbitur. Et S. Nicolaus  
Burgundus monachus dictae Domus vadat ad profitendum ad domum Ligeti, loco cuius  
S. . . . de Burgo in Britia mittitur hospitium in . . . . . ad professionem  
in dicta Domo Parci assign. . . . » Hoc charta in qua etiam fit mentio ejusdem S.  
Joannis Normanni monachi ejusdem Domus Parci. — Anno 1370 in ch. legelatur: Excu-  
-sato Priori Parci de non veniendo ad capitulum, admittitur propter paupertatem.

In ch. 1372 Priori Parci non fit m<sup>ia</sup>, sed committitur Visitatoribus quod sibi faciant  
si viderint expedire. Anno 1381 Priori hujus de pars an S. Joanni, fit m<sup>ia</sup> per ch.  
Capit. gen<sup>lis</sup>. In libro anniversariorum duo representant Priores. Dicitur Joannes, quos quidem  
constat

constat profuisse ante 1400, sed quando precise dici non potest. Probabile tamen est unum ex eis debere referri ad Joannem, de quo modo agimus: alterum vero ad eum qui proerat anno 1347. Sic autem, habet dictus liber anniversariorum: 3<sup>o</sup> no-  
-vas octobris obiit rector P. S. Joannes Prior hujus Domus qui tempore suo stagna  
de Chastigneis fieri procuravit, et in utroque regimine laudabiliter et devote se habuit.  
Deinde: Prædie idus octobris obiit R<sup>do</sup> P. S. Joannes Prior hujus Domus qui tempore  
suo religiosè ac devote sacras ordinis observantias tenuit, ac pro posse reverentè  
observari procuravit. — » Hoc ibi. — » ita est.

1381 à 1387. — D. Jacobus Panioti

Prior 11<sup>us</sup>

« Ex monacho Domus Catusci institutus Parviperch. 1381, et videtur profuisse usque  
ad annum 1387, quo successor ejus perch. profectus est. De eo iterum infra. Post huius-  
-am, abolitionem, reversus est ad Domum Catusci.

In ch. 1383 ponitur obitus Domini Ludovici Vicescomitis Bellimontis habentis tricen-  
-arium per tot. ord. Hic autem, ipse est Ludovicus quem diximus supra occisum anno  
1364, sed cujus obitus denunciatus fuit tertium, anno 1383 eo quod fors an lis de  
ejus successione die ventilata, volumineo circa illud tempus composita fuerit, maxime  
inter heredes ejus et Isabellam de Bourbonis viduam ejus, quæ postea nupsit Bea-  
-chardo Comite Vindocinensi. — » ita est.

1387<sup>o</sup>

D. — Gerardus de Metis.

Prior 12<sup>us</sup>

« Profectus Montis Dei e ejus claustris in Priorem Parviperch. assumitur per ch. anni 1387, ut ad-  
-scrit S. Franciscus Gameron in chronico Montis Dei, quæ propterea dicit eum per viginti  
annos in Prioratu perseverasse, quod minime verum, ex sequentibus probabitur, imo videtur  
conjectandum, quod jam abdicaverat ante annum 1399, quo anno imperator perch. silen-  
-tium, Priori Belliarici de quinque francis quas petet a S. Gerardo de Metis considerata res-  
-ponsione dicta de Metis facta Domino Cartusie et S. Hippitoribus presentis Capituli: In quibus  
verbis videtur colligendum, ipsum fuisse tunc simplicem monachum. Deinde profuit  
ipsi Domini Montis Dei per aliquot annos. — Anno 1396 reparatum fuit campanile Ecclesie  
hujus Domus et posite fuerunt reliquie in duabus pixidibus deauratis situatis super me-  
-dium crucis ex utraque parte. In unâ pixide positum fuit de zona B<sup>co</sup> M<sup>co</sup> Virginis,  
de S<sup>to</sup> Joanne B<sup>co</sup>, de sepulchro S<sup>ti</sup> Joannis Evangeliste. In altera de S<sup>to</sup> Petro, de S<sup>to</sup> Paulo,  
de S<sup>to</sup> Andrea

De <sup>h<sup>o</sup></sup> Andrea Apostolis. In dictis precibus scripta fuerant nomina religionum, et annus  
reparationis dicti Campanilis subicit 1396. — »ita est. —

Anonymus. —

Prior 13<sup>us</sup>

« De successore Gerardi nihil habeo nisi quod ex quibusdam conjecturis colligam fuisse priorem  
- domus S. Joannem, qui anno 1404 domui Ligeti proceerat ex hac domo ut fuit translatus.

In h. 1399 Prior Parisi non fit m<sup>ia</sup>. Et quia secundum ordinationem Capituli gentis alias factam,  
domus ipsa tenetur Capitulo predicto in centum, quingueaginta francos de bonis S. Nicolai Vulpis,  
de qua summa tantum solerunt viginti francos, pro capitulo et fiat Capitulo gentis solutio de re-  
- siduo. » De hujusmodi debito jam facta fuerat mentio in h. 1384, in qua Visitatoribus injungitur  
ut domum Parisi visitent, et provideant quod fiat solutio plenaria de debitis Capitulo a toto  
tempore retro acta, et in eadem charta profeatus Nicolaus Vulpis tunc professor Parisiensis satis  
male excipitur. — »ita est.

1404 à 1405. — D. Jacobus Parioti

Prior 14<sup>us</sup>

« Hic anno 1403 per ch. a domo hanc professionis in qua simplex monachus degelat factus est  
Prior domus Ligeti, sed paulo post sive eodem anno sive sub initium sequentis, cum ad hanc  
domum, regend<sup>am</sup> <sup>et eorum assumptum</sup> <sup>conjugio</sup> et revera Anno 1404 erat Prior hujus domus S. Jacobus pro-  
- ce secundis literis associationis domus Ligeti cum hac domo evincitur, quae tales sunt:

« Reverendis in Christo Patribus ac fratribus et amicis charissimis D. Jacobo Priori domus Parisi  
Cartusensis Ordinis, ac ejusdem loci conventui venerabili Fr. Joannes humilis Prior domus Ligeti  
ejusdem Ordinis, ac ejusdem loci conventui etc. et supra in primae associationis literis -  
- Datum sub sigillo domus nostrae predictae anno Domini 1404, 19 maii. — »ita est.

1405 à 1419. — D. Jacobus Huays

Prior 15<sup>us</sup>

« Hic institutus est Prior hujus domus anno 1405 per Capitulum gentis, ut constat ex ch. ejusdem  
- anni, quae sic loquitur: « Prior Parisi fit m<sup>ia</sup>, et proficiamus in Priorem S. Jacobum, Huays professorem  
- ejusdem domus. » Haec charta. S. Clemens Bohic hunc Jacobum, Huays cum superiori confundit  
- quia chartam hujus anni non habuit. Verum patet ex dicta charta et ex literis associationis Ligeti  
- Diversos fuisse. — Anno 1406 in ordinaria hujus domus visitatione supplicatum, fuit tam  
- a Priora quam a conventu ut quidam termini procuratoribus suis pro expediendis negotiis assi-  
- gnarentur. Vide de hoc superius anno 1260.

Anno 1412 iunctus S. Jacobi Huays Prioris, Illustris Domina Joanna de Laval fecit iunctas  
- fundationes

fundationem unius religiosi, multa alia bona, in libro Donis. 13 kalendas maii et 7. cal. Tamaris  
hæc expressius habentur: Obiit Illustris Domina Joana de Lavale fundatrix unius cellæ (quæ  
habet literas, K.) quæ nobis dedit terram montis Porcarii cum pertinentiis suis: tabulæ hujus  
donationis scriptæ fuerunt hæc anno 1412 et habetur in Repert. titul. 2. parte. cap. 77 et etiam dedit  
hereditates et pecunias unde habuimus Brissant, Les Nays, la Babinière, le Pesme, les Bennes  
-Dieres, la Lande, et alia quamplurima ab ipsa et suis habuimus et habemus. Cujus religio  
ipsa cum suis habent unam missam quolibet hebdomada in choro patrui, et tria anniversa-  
ria super annu, et tuncarium, in hac domo cum plena participatione omnium bonorum  
spiritualium totius ordinis. — Calendis septembris obiit magnificus Dominus Guido de Lava-  
le qui cum uxore et parentibus dedit nobis trecenta scuta curi etc. et supra.

Ad hunc Priorum extat epistola Joannis Rectoris ecclesiæ de Axelhome data die 10  
martii 1413, quæ habetur tom. provincie Angliæ.

Porro in ch. 1419 ponitur obitus predicti D. Jacobi Hways Prioris hujus domus, et in  
libro anniversariorum, sic legitur: 13 kalend. maii obiit ven<sup>te</sup> P. S. Jacobus Hways Prior  
hujus domus et visitator, cujus instinctu Illustris Domina de Lavale fecit interdunda-  
-tionem unius religiosi multaque alia bona. — » ita est.

1419 à 1427. — D. Joannes Hoillet

Prior 16<sup>tes</sup>

« Alias Horeliet. In charta capituli gen<sup>lis</sup> institutus fuit his verbis: Proficiamus in Priorum  
domus Puri J. Joannem Hoillet vicarium ejusdem domus. Anno 1423 huic Priori post capit.  
gen<sup>le</sup> commissæ fuit cura domus novæ Thoarcii, Rectorique dictæ plantationis injunctum  
fuit ut predicto Priori pecunias domus ostenderet, computumque de expensis œdificiorum  
redderet. Vid. postea in dicta domo Thoarcii.

Anno 1427 obiit predictus D. Joannes Hoillet pro ut habetur in charta Capituli gen<sup>lis</sup>  
annu sequentis. De eo hæc habentur in libro Anniversariorum hujus domus: Quinto kalend.  
juli obiit R<sup>ector</sup> et Devotus Pater J. Joannes Hoillet qui per quinquaginta annos vel  
circa (videntur desiderari hæc verba: vixit in ordine) domum istam in utroque regimine lau-  
-dabiliter et devota rexit: et de bonis mobilibus a parentibus sibi concessis Campanica  
Ecclesiæ de plumbo cooperire fecit, ac vasa stamæa pro refectorio et claustris (quæ antea  
non fuerant) fieri procuravit. » hæc illi. Et quantus, ad quinquaginta annos spectat, ex  
superius recitatâ charta (quibus omnino dam<sup>us</sup> fidem adhibendam esse nemo ibi inficias)

Pisces dicitur libri

fidem dicti libri anniversariorum, vacillare penitus et refelli videtur. In chartis enim, ab anno 1419 usque ad 1427 id est per octo annos tantum, Dicitur Joannes Willlet profuisse intelligitur. Sed tota haec questio facile dissolvitur, si dicamus dictos 50 annos ad professionis tempus referri debere non vero ad prioratum. — vide ead.

1427 à 1435. — D. Ægidius de la Pihoraie Prior 17<sup>us</sup>

« Hic postquam longo tempore temporalia hujus domus bona prudenter administrasset, ad spiritualia ejusdem regimen appellatur; quod autem hoc tempore Prioratum hujus domus inierit, temporum ratio persuadet; nullum enim tempus quo postet Priorari, proter istud reperimus. Nam anno 1402 et sequentibus usque ad 1413 erat procurator, Anno vero 1419 fuit factus Prior D. Joannes Willlet immediata post mortem, D. Jacobi Hucys. — Hic edificavit capellam <sup>pro</sup> Catharinae virginis et martyris, quae postea anno 1468 dedicata fuit, ut suo loco dicturi sumus.

In ch. anni 1435 haec habentur: Priori Parci non fit <sup>missa</sup> et frater Guillelmo Lateria clerico reddito in dicta domo conceditur licentia quod possit ad sacerdotium accedere, si Prior et conventus providentur, et vita et scientia et mores suffragentur, ut nihil aliud obsistat.

In libro anniversariorum hujus domus haec leguntur: obiit R<sup>ex</sup> D. Ægidius de la Pihoraie Prior hujus domus, qui quadraginta annos et plus domum istam in officio procuratoris et Prioris mansit et laudabiliter rexit, et multas acquisitiones, edificationes et stagna fieri procuravit, et etiam capellam, s. Catharinae in altum erexit. Obiit autem 14 kalendas martii, et ejus obitus signatur in ch. Capituli anni 1435. —

1435 à 1484. — D. Joannes Canuti Prior 18<sup>us</sup>

« D. Ægidio successit D. Joannes Canuti (vulgo Canuti) et patet ex secunda parte reportatorum, cap. 89. fol. 119 ad annum 1436. Anno 1442 praedictus Prior ordinatus fuit Visitator domorum Vallis Dei et Rosae, et ea sequenti chartae ordinatione patet: Priori Parci non fit <sup>missa</sup>. Et decantetur Divinum servitium in ecclesia secundum ritum ordinis, prout visitatores ordinarunt, ne immisceant se discantibus, cum illa scientia sit aliena et peregrina in exemplariis et curiosa. Et dicto Priori committimus visitationes domus Vallis Dei et domus Rosae prope Rothomagum, cum socio priore vel monacho, quos duxerit eligendos. » In libro anniversariorum 18 kalendas februarii haec scribuntur: obiit: Devota Domina Petronilla D'Amboise vicecomitissa Aboarcii, qua mediante habuimus reversas

pecunias ad redditus implendas pro sustentatione duorum religiosorum. In quibus pecuniis habuimus pedum De Villiers, partem De la Babiniere, cum aliis quamplurimis terris in augmentationibus locorum nostrorum, et etiam vitreae capellae ~~pro~~ Catharinae De dictis pecuniis fuerunt solutae. Unde ex capituli gentis ordinatione ipsa habet prospectus singulis diebus orationem, Quosdam in singulari dicendam, in missis privatis B<sup>no</sup> Marice, alias in missis defunctorum, privatis. Huius obitus signatus in ch. anni 1444 sub die 15 jama-  
-rii. De ca. vide plura inferius in domo Hoarici, quam ipsa fundaverat.

In libro quoque benefactorum domus Ligeti ista habentur: « Obiit D<sup>na</sup> Petronilla olim vicecomitissa Hoarici fundatrix domus Hoarici jama. videm dimissae, pro quibus dimissione fuerunt nobis ordinatae mille librae per capitulum, gentis, pro oratione Quosdam dicenda singulis diebus in missa defunctorum in conventu vel in privato. idem habet liber amivers. domorum Vallis Dei et Vallis viridis, quae ejus elemosynarum fuerunt participes.

In ch. anni 1446 Priori Parisi non fit m<sup>ia</sup>, et contribuat in solutione equi mortui in actu visitationis pro rata tibi per Visitatorem, adjudicata. Et S. Guillelmus V<sup>cl</sup> professor dictae domus vadat cum beneficio tricennari ad novam plantationem, Britanniae prope civita-  
-tan, de Nantes, quando per Priorem Parisiensem fuerit requisitus.

Item, in ch. 1448 Priori non fit m<sup>ia</sup>. Et S. Stephanus Pymoy professor dictae domus et S. Joannes Poti in dicta domo hospes, in dicta se transferant ad domum novae fundationis prope amietas in Britannia. — In ch. 1450 praedictus S. Joannes Poti hospes in domo Parisi vadat ad domum Montis Dei, ibique hospitatur ad ordinis v. observatorem. In charta anni praeterita dictus Joannes Poti hospes in domo amietarum, remissus fuerat ad hanc do-  
-mum Parisi. — In ch. 1456 Priori Parisi non fit m<sup>ia</sup>, et committimus Visitatoribus et dictam domum habeant quam citius visitare, non obstante quod Prior Parisiensis sit filius domus. Ab anno praedicto usque ad annum 1501 nihil de hac domo dignum notatum in chartis reperitur.

Anno 1459 S. Joannes Chann Prior hujus domus cum Joanne Clerici Cantuarie Parisiensis Priore adfuit consecrationi ecclesiae Manentis Cantuarie. — Anno <sup>1468</sup> Capella ~~pro~~ Catharinae virginis et martyris olim a S. Olegio De la Fitorie Priore hujus domus sedi-  
-ficata, ut supra diximus, dedicata fuit, prout constat ex sequentibus literis:

« Universis presentes literas inspecturis notum sit quod Ego Parisius Ep<sup>us</sup> capus  
Ep<sup>us</sup> et Pri-

g<sup>o</sup> et Terminarum, Dedicari in monasterio B<sup>tae</sup> Mariae Virginis De Parco in Charnia Or-  
-dinis Cisterciensis anno 1468, die 22 mensis Junii capellan, B<sup>tae</sup> Catharinae virginis et ma-  
-tyris: et sequenti die immediata Dedicari capellan, B<sup>tae</sup> Margaritae, quae juncta est dictae  
- capellae B<sup>tae</sup> Catharinae, Dedicare omnibus intrantibus et visitantibus unam, dictarum,  
- capellarum, dicendo in eadem, Pater noster et Ave Maria, integra quadraginta dies indul-  
- gentiae quolibet die quo intrabunt et visitabunt aliquam illarum, in perpetuum, Juraturus.  
Et in testimonium, praemissorum, apponitur sigillum, meum praesentibus anno et die quo supra.

In Dyptichis hujus Domus legitur quod sequitur: « Anno 1469 sexta die mensis Aprilis ante  
- Pascha constitutum fuit per nos Priorem et conventum hujus Domus Parci pro majori subven-  
- tione animarum nostrarum, De hoc seculo decedentium, quod quando aliquis nostrum obiret,  
- Diceretur pro ipso speciale beneficium, scilicet tricenarium, cum propria oratione Paulina et  
- St. Deliani, ultra tricenarium, Ordini. » Anno 1476 praefatus Prior visitavit Domum Paris-  
- iensem, cujus Prior erat principalis visitator.

Anno Domini 1486 obiit D. Johannes Canuti, de quo haec habentur in Libro anniversariorum,  
: 13 Kalend. Novembris obiit venerabilis Pater D. Johannes Canuti prius professor Domus  
- Ligeti et Prior: secundo professor hujus Domus Parci, postea Prior, qui eandem vivit paci-  
- fice et quiete quadraginta et novem annis. » Huius obitus signatur in carta anni sequentis  
- (1485) his verbis: Obiit D. Johannes Canuti alias Prior Domorum Parci et Ligeti.

Sub eius regimine fuerunt 15 monachi inclusis novitiis: unus clericus redditus et quinque  
- aliquando conversi ut constat ex libro 1<sup>o</sup> visitat. ab anno 1461 usque ad annum 1476. » itaque

1484 à 1506. — D. Matthaeus Berton

Prior 19<sup>o</sup>

« Praedicto D. Joanni Canuti successit D. Matthaeus Berton in prioratu hujus Domus  
- (ex Prior Vallis S<sup>cti</sup> Georgii factus est Prior Parci) in qua professionem emisit erat anno 1466  
- et postea anno 1471 ibidem sacrista institutus.

Obiit anno 1489 die Natalis Domini nobilis Domicella Maria D. Andigne nec tempore Dom-  
- na D. Isagrande et de Cormenat, et sepulta fuit in choro fratrum in capella confessorum, quae  
- nobis in testamento legavit centum scuta. In libro Anniversariorum Domus Parci. In eodem libro  
- adhuc legitur: VI<sup>o</sup> idus februarii (annus non notatur) obiit devota Domicella Beatrix de  
- Cornille quae tempore suo fuit magna benefactrix hujus Domus et dedit nobis pecunias, ex  
- quibus habuimus locum de la Mercerie, et de la postardiere et de la ragotiere, decem  
- iugera

jugera terrae in lensor, septem libras redditas super locum De Hous homagium et quin-  
-decim solidos redditas super locum De la chérie cum aliis quam plurimis bonis: et in  
ultima voluntate sua elegit inter sepulchrum, quae est in choro conversorum, ante sacellum  
confessorum. — Item 11. nonas Aprilis (nec annus signatus) obiit nobilis vir Joannes Be-  
-lotem armiger qui tempore suo tenuit vicecomitatum Bellemontis cujus corpus inhumatum  
fuit in choro fratrum, et fecit nobis bona quam plurima. »

Sub hujus (Pioris) regimine initum est foedus spirituale cum Domo Mannerbarum,  
cujus tales extant litterae: « In nomine sanctae et individuae Trinitatis Patris et Filii  
et Spiritus <sup>scilicet</sup> Amen. Venerabilibus et circumspectis in Christo Patribus et amicis, Domus  
Hothelaeus Benton Priori Domus ~~Sanctae~~ Mariae De Parco in Charnia ordinis certusiensis Cenoman-  
-nensis Diocesis ac ejusdem loci religiosissimo conventui, T<sup>r</sup> Jacobus Seta humilis Prior  
Domus M. Donatiani et Rogatiani prope Mantes in Britannia ejusdem ordinis Certu-  
-sensis, ac conventus ipsius loci salutem ac per verum charitatis vinculum, gloriam,  
promereri sempiternam. Desiderio desideravimus ac nunc ab intimis perceptimus specialis  
ac spiritualis foedere perpetuo vobiscum habere associationem: ut nunc charitatis igniculus,  
qui nunc ardere scintilliter conspicitur, in aeternum non extingatur; quam uti conspicie-  
-mus, acquirere, erga nos vos gratanter habere comperimus. — Hinc est quod nos pro-  
-fati Prior et conventus Mannerbarum, ex nunc et in perpetuum, vos et unumquemque vestrum  
tam monachum quam clericum, Conversum, Redditum, vel novitium, qui nunc praesentes estis,  
et posteros vestros, qui post tempore in Domo vestra profata fuerint, recipimus in aeternum  
in fratres, socios et consortes, concedentes vobis et quilibet vestrum, praesentium serie,  
plenam participationem, ac universalem associationem, in vita praesente et post mortem, omni-  
-um, bonorum spiritualium, sive elicit missarum, pro alterorum, contemplationem, vigiliarum,  
jejuniorum, disciplinarum, et elemosinarum et omnium bonorum spiritualium, quorumcumque  
quoque nos dignabitur operari nostra clementia, Salvatoris.

Et cum dies obitus uniuscujusque vestrum, nobis intimatus fuerit, promittimus <sup>pro</sup> ~~quod~~  
quolibet vestrum, plenum et integrum monachatum persolvere, sive elicit sex missas ad priva-  
-tim, ab unoquoque nostrum, vel duo pro altera secundum singulorum Devotionem, vel att-  
-am statum, quod dicitur propter non sacerdotes qui ipsa duo pro altera persolvunt.  
Conversi vero trecenta et quinquaginta Patrum mortuorum et Arcellaria. Et ultra hoc unam  
aliam missam

aliam missam in conventu cum praemissa agenda in Ecclesia more Ordinis: et de super-  
-bundanti associando unumquemque vestrum, cum primo anniversario currente post diem  
obitus ejus, veluti vos et successores vestros pro nobis aequipariter facere speramus.  
Quae omnia et singula, prout superius Digesta sunt, facere tenere et complere promittimus,  
et ad hoc nos et posteris nostras in perpetuum obligamus. In iujus rei testimonium sigil-  
-lum nostrum, conventuale, quo utimur, praesentibus Jussimus apponendum, Die nona  
hujus septembris anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto (1495).))

Eodem anno scriptae fuerunt litterae associationis Domus d'Auray cum hac Domo  
quodales sunt: « In nomine sanctae et individuae Trinitatis Patris et Filii  
et Spiritus <sup>sc</sup> Amen. Venerabilibus et circumspectis in Christo Patribus et amicis  
charissimis Domno Matthaeo Bector, Priori Domus Juris Ordinis Cantuariensis <sup>(ii)</sup> ejusdem  
loci religioso conventui <sup>sc</sup> Petrus Roupelli (Rousselli) humilis rector <sup>sc</sup> Moichaelis  
prope Abbaicum, ejusdem Ordinis, et ejusdem loci conventus salutem, et per verum  
charitatis vinculum, gloriam, promoveri sempiternam. Desiderio hujusmodi, ex intimis  
cordis protracto, anhelato, atque suspenso nimium spiritu ex multis jam temporibus  
peroptavimus et ex tunc prout ex nunc intensius peroptamus, peroptatis quantum  
animarum salutem atque profectibus ipsa spiritualia concessa sive accumulata  
beneficia conferant, prout a vobis hoc quoque ex parte vobis fieri exactum est; et  
aspiratum, ut perpetuo in Christo possidere singularique associatione in spiritualibus  
quibuslibet bonis ad invicem, conjungeremur, mutuoque officeremur participes. Ma-  
-turo quo super habito consilio, et ut ipse quoque charitatis igniculus cum perfecte  
accenditur, semper in nobis vigeat, et sicut ex nunc, ita quoque inextinguibilis  
perpetuo conservetur, tenore praesentium, vos et vestrum quemlibet tam monachum, quae  
clericum, conversum, et Redditum, praesentem qui nunc estis, et postea vestros qui pro tempore  
in praefata Domo vestra fuerint, recipimus in oeternum, in fratres, socios et consortes, prout  
vos ipsos per reciprocam litteram, vestram, aequiparantem gratiam, ad nos habere deprehendimus.  
Vobis et cuilibet vestrum, concedentes plenam ac universalem participationem, sive associatio-  
-nem, in vita et post mortem, omnium bonorum spiritualium, videlicet missarum, psalterio-  
-rum, orationum, vigiliarum, exercitiorum, jejuniorum, disciplinarum, et elemosinarum,  
bonorumque omnium spiritualium, quae per nos operari dignabitur nostri clementia salva-

-toris

- toris. Et hoc insuper adjicientes ut cum dies vestri (obitus!) nobis intimati fuerint pro unoquoque vestrum, largitori Distributionis charitatis seu pietatis ac benignitatis Dono, concedendo promittimus plenum et integrum monachatum, ab unoquoque nostrum persolvendum, videlicet sex missas privatum, vel duo pro altera secundum devotionem singulorum, cum super addita missa una in conventu pariter et agenda premissa Decantandis. Quibus nihilominus super dictis vestrum, vult et concedimus universarium sociandum, cum primis anniversario currente post diem obitus ejus; qualiter per vos et successores vestros fieri pro unoquoque nostrum speramus. Quae omnia et singula prout in superioribus digesta sunt, pacere, tenere, et complere fidei pollicitatione nullo in tempore protermitenda seu infringenda presentibus nostris scriptis promittimus: Nosque et posteros nostros ad ea observanda adimplendaque perpetuo obligamus. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum, quo talibus utimur, presentibus duximus apponendum, die quarta hujus octobris anno 1495. —

Eodem anno 1495 secunda augusti ordinatum fuit per conventum hujus Domus, etiam per consensum Fratrum, visitatorum, anni precedentis, presentis D. Mathaeo Berton Priore, et Petrus Le Hat et Ambrosio Secundo procuratoribus, pro anniversario Defuncti R<sup>di</sup> Petri et magni benefactoris et constructoris hujus eremi Domini Gaspardi de Loduno in hoc loco sepultus: videlicet quod dictum anniversarium solemniter celebrabitur cum quatuor candelis in festo Inventionis S<sup>ti</sup> Stephani, non obstante festo habente missam propriam, et illa die dicentur duae missae conventuales consecutive: videlicet prima de S<sup>to</sup> Stephano, et secunda de Anniversario eujus tracta de profundis. Et si illud festum S<sup>ti</sup> Stephani occurrerit in die Dominica, anniversarium transferatur in crastinum, cujus agenda dicetur in Dominica procedente per capita non obstante Statuto. — Fidei idus Januarii dum annus ab incarnatione Domini cerneret mille simus quadringentesimus nonagesimus nonus (1499). Prior et conventus hujus Domus religiose Parci, pietate (quae ad omnia utilis est) permoti consideraverunt, quod cum pars omnis forensibus, tum domesticis nostri Ordinis passim et ubilibet complantatis, viscera pietatis aperire, et missis, precibus et orationibus supplicari glutino charitatis urgeantur: opera pretium sibiipsis, qui charitatis ordine sunt sibi viciniore, ampliori misericordia et gratia spirituali et subsidia praestare spiritualia, multo sequius digniusque censuerunt. Cum itaque diebus superioribus profecti hujus Domus qui pro misericordia supplicabant, missam duntaxat solam quae ab hebdomadario privato, dicatur, obtinerent; nunc superabundante gratia

gratia profectus Prior et conventus considerantes illud Apostolicum scriptum Timotheo, si quis autem horum, et maxime Domesticorum, curam non habet fidem non habet, et est infideli deterior: statuerunt postero diebus, omnibus professis pro misericordia supplican-  
-tibas, hoc beneficentiae munus esse impertendum, ut singuli sacerdotes celebrantes pro  
- quibuslibet supplicantibus singulas missas celebrabunt: quae missae votivae erunt et pro-  
- terunt celebrari de vivis aut de defunctis, addita tamen in missis de vivis collecta scilicet  
- Omnipotens qui vivorum; non sacerdotes autem, aut sacerdotes non celebrantes tenebun-  
- tur ad viginti quinque psalmos persolvendos: fratres autem, conversi ad orationem Domi-  
- nicam, quinquagies repetendam. Acta capitulariter anno et die superius annotatis. »

In ch. anni 1501 haec habentur: « Priori Parci non sit missa. Et permittimus ut satisfac-  
- iat voluntati Regis ad mortiz antea, videlicet ut dicatur semel in die missa S<sup>ae</sup> Mariae vel  
- alia in privato oratio Inclina famularum, et famularum; et quando celebrabitur in conve-  
- tu de S<sup>ae</sup> Maria ipsa oratio in alia missa privata dicatur tollendo unam collectam de con-  
- tractis in ipsa missa. — Anno 1506 obiit praedictus D. Mathaeus Berton, Prior, de  
- quo haec charta ejusdem anni: « Obiit D. Mathaeus Berton, Prior S<sup>ae</sup> Parci, qui alias fuit Prior  
- Dom. Ligeti et Vallis S<sup>ae</sup> Georgii. Et obierat penultima martii. In libro quoque anniversa-  
- riorum, hujus Domus 4 calendis Aprilis haec habentur: « Obiit D. Mathaeus Berton, hujus  
- Domus Prior, in cujus tempore Domus aeregmentata fuit centum quinquaginta Libris Lon-  
- ensibus redditualibus ad mortiz antea: edificavitque quatuor cellas, restauravit claustra ac  
- campanile, fecit fieri quatuor capellas cum picturis, paravit unum, Ecclesiae, cum stagno de la  
- Gorgardiere, utque alias multas edificationes et bona. » Auscit etiam numerum monacho-  
- rum, nam erant anno 1504, 18 monachi et 5 conversi. Vir fuit etiam, apud Patres Ordinis spec-  
- tabilis, a quibus saepius visitator visitatorum, institutus est ut patet ex libro l. visitationum,  
- ab anno 1498 usque ad 1504. — In Diptichis hujus Domus fit mentio honorabilis V<sup>l</sup>ip<sup>l</sup>is  
- Joannis Borsot<sup>iani</sup> professi et vicarii ejusdem Domus, qui laudabiliter, ducens vitam, vir fuit  
- strenuus admodum in erudiendis novitiis, multosque scripsit libros. Obiit die 29 maii anno  
- 1504 et habetur in ch. anni 1505. — » ita est.

1506 à 1508. —

D. Martinus Berton

Prior 20<sup>us</sup>

« Defuncto itaque D. Mathaeo, ad successoris ventum est electionem, quae autem et qualis fuerit,  
- et cur optato successu carerit, ex charta capitulari gentis ejusdem anni (1506) accipere: « Electio-  
- nem per bonum.

- nens per conventuales domus Parci factam, de D. Guidone Malloiti professore domus Cantuarie,  
Priore domus Vallis Bone cassamus et annullamus tanquam facta de non suo professo alibi  
Priore. Et de gratia speciali electionem futuri Prioris remittimus conventui, quam si canonica  
fuerit, Prior domus Vallis Dei cum socio Priore vel monacho per eum assumendum confirmabit  
etc. » quid vero deinde sit secretum ex charta anni 1508 exploratum habemus; ex ea  
enim intelligitur electum fuisse D. Martinum Bertoni, professum hujus domus (olim Prior Pasce  
Vallis S<sup>ti</sup> Georgii), et postea a Patribus commissariis confirmatum. - De eodem Priore hoc legimur  
- tur in lib. 1. Visitatorum. Anno 1507. 12. Julii fuit dicta domus Parci visitata per Priores  
Jurisconsensens et Vallis Dei, et erat ibi prior D. Martinus Bertoni, noviter electus, cujus electio  
multipliciter impugnatur: quo Priore incluso sunt ibi 18 monachi et unus novitius, 5 conversi,  
et unus novitius conversus, et sunt bene provisus etc. » Nunc sequuntur verba dictae chartae  
1508: « Pretensam electionem de D. Martino Bertoni in Priorem domus Parci praeter et contra  
formam juris et statutorum factam, et confirmationem inde secretam, cassamus et annullamus  
seu cassam et nullam, declaramus. Et quatenus opus est eundem D. Martinum, a Prioratu dictae  
domus absolvimus. Et in Priorem dictae domus proficimus D. Guidonem Malloiti professum 1<sup>o</sup>  
ipsius domus ad requestam conventualium, qui eum alias tibi proficere petierunt. Et attentis  
factis s altem consensibus dictorum conventualium, qui post dictam electionem, quamvis nullam  
obedientiam praestiterint dicto D. Martino, ex quo habuisse videtur quendam titulum, sal-  
-tem colocationem in administratione dictae domus, propterea pro conscientiarum serenitate  
acta et gesta per dictum Bertoni, durante ejus administratione, in utroque ejusdem regi-  
- mine laudamus et approbamus. » Hactenus ex charta 1508 ex qua conjicitur dictum D.  
Martinum Bertoni per duos annos hujus domus regimen tenuisse. - Anno vero sequ-  
-enti 1509 idem D. Martinus mittitur hospitatum ad domum Lewiniaci. Videtur tamen ad  
hanc domum Parci redisse et in ea obisse anno 1566, ut patet ex lib. 1577 in qua signatur  
ejus obitus sic: « obiit in vigilia Omnium sanctorum D. Martinus Bertoni, monachus professor  
domus Parci, alias Prior ejusdem domus et domorum Pasce et Vallis S<sup>ti</sup> Georgii. »  
Et in libro anniversar. hujus domus haec habentur: « In die calendas novembriis obiit D. Martinus  
Bertoni vicarius monachus et professor hujus domus, qui alias fuit Prior in domo ista, in ejus  
tempore reparatum, fuit capitulum. - Lib. anni 1506 quam supra citavimus, de uno  
patre converso hujus domus ad monachum statum aspirante tale erat decretum: « Et  
ad requestam

ad requestam vicarii et conventus conceditur quod frater Stephanus conversus possit ascendere ad  
statum monachi. Dum tamen probetur per annum in statu novitii monachi, et si sit ad hoc  
sufficiens et idoneus. — Anno Domini 1507 Capitulum hujus Domus fuit restauratum,  
sicut indicat inscriptio, quae est in ora vitreae majoris ejusdem capituli:

In l'an mil v cens et sept — Le chapitre fut complet.

Item habet<sup>item?</sup> in libro annivers. pridie kal. novembrii ut supra diximus, ubi obitum D. Mar-  
tini Berteri annotavimus, et deinde anno 1513 fuit consecratus, ut infra suo loco dicemus  
1508 à 1512. — D. Guido Malleti Prior 21<sup>us</sup>

« Satis ex superioribus patet hanc fuisse institutionem Priorem hujus Domus anno 1508 per  
ch. Capituli ejusdem anni: quo usque ex speciali mandato Capituli generalis Domum Parisien-  
-sem cum Priore Murembergae, ipsamque Priorem absoluit. — In ch. anni 1510 legitur  
sic: « Priori Parisi non fit mia. Et quod terminos monachorum, quos conventuales sibi p<sup>ro</sup>ter-  
-assignari, committitur Visitatoribus provinciae, ut quamprimum contigerit ipsam Domum  
visitari, ipsos terminos visitent et Capitulo generali referant; ut provideri possit hanc  
-tunc 21 monachi et 6 conversi ut constat ex lib. 1. visitationum.

Anno 1511 in julio idem Prior cum Priore Ligeti visitavit eandem Domum Parisiensem.  
Item in ch. 1512: « Priori Parisi non fit mia, et visitetur quam citius ipsa Domus per Priorem  
Divisionis cum socio per eum assumendo cum plena auctoritate Capituli generalis. —  
Eodem igitur anno Victor Prior Divisionis cum socio Mathaeo Priore Vallis Dei visitationem  
inivit in hac Domu die 16 julii, et in actu ejusdem visitationis profectionem Guidonem absol-  
-verunt. Patet etiam ex libro computorum S. Poamensis Pille hanc Domum suscepisse anno  
1512. — Prodictus vero D. Guido de allet obiit anno 1517, ut patet ex ch. anni 1518.

ubi sic habetur: « Obiit die quinta (in kal. S. Pauli) ejus obitus signatur ad diem 15 julii  
D. Guido de allet monachus professus 1<sup>us</sup> S. Pauli, ultimo S. Martini qui alias fuit Prior dom-  
-orum Parisi, Bellarici, Vallis Bonae, Luncoae et vicarius S. de omniatium, Prati mollii

1512 à 1524. — D. Joannes Pille Prior 22<sup>us</sup>

« In supradictis patet D. Joannem Pille hanc Domum profuisse anno 1512, regimenque  
tenuit usque ad annum 1524 quo abolectus est ut inferius dicendum.

In ch. 1513 haec habentur: Priori Parisi non fit mia, et ordinatio facta per Visitatores super  
quodam chibano observetur et exequatur juxta ejus formam, et tenorem. Eodem anno  
dedicata.

dedicatae fuerunt tres capellae, de quibus sic <sup>legitur</sup> in quodam manuscripto codice: « Ad  
perpetuam rei memoriam, notum facimus quod anno ab Incarnatione Domini 1513 tertio  
nonas septembris solemniter dedicatae fuerunt tres capellae novae, nostrae ecclesiae a parte  
septentrionali junctae. Superior capella prope sacristiam, (legitur ut erat <sup>ita motu proprio</sup>)  
fuit dedicata in honorem B<sup>ti</sup> Michaelis Archangeli; media in honorem B<sup>ti</sup> Hugonis Episcopi  
Lincolniensis professi Ordinis Cantuariensis; inferior fuit dedicata in honorem B<sup>tae</sup> Mariae de pietate.  
Similiter sexta die ejusdem mensis septembris, eodem anno fuit consecratum altare capituli  
(fuerat enim remotum quando fornicee ejusdem facti sunt) in honorem B<sup>tae</sup> Annae matris geni-  
-talis Dei cum parvis altaribus parvitatibus. — Praeterea die natiuitatis B<sup>tae</sup> Mariae, id est  
octavo septembris, eodem anno fuit dedicata infirmeriae capella in honorem B<sup>tae</sup> Mariae  
Magdalene. Et haec quidem omnia fuerunt completa per R<sup>on</sup> in Christo Fratrem S. Oliverium  
Prioris Episcopi Lindomiensem, Ordinis Fratrum Minorum. »

Anno 1514 monachus quidam ex Italia in hac Domo morabatur, ut ex verbis chartae  
ejusdem anni colligere est: « Prior non fit m<sup>ia</sup> etc... et D. Benedictus Begati professor do-  
-mus Paduae ibidem hospes supportatur in ipsa Domo ad ordinis voluntatem, nec alibi  
transferatur sine licentia Capituli generalis aut R<sup>di</sup> Patris Cantuarie. » In ch. 1515: « Prior  
non fit m<sup>ia</sup>, et solvat Priori Domus Bussovillae quatuor libras lussenses et 19 solidos  
cum dimidio pro parvello ministrato S. Thomae Peliam, tunc suo professo. Et quo ad quae  
petunt quinque conventuales D<sup>io</sup>se Domus habeant petentium in petitione sua super re-  
-missione fratris Thomae conversi sui. » — Anno 1516 restauratum fuit refectorium hujus  
Domus, ut patet ex sequente inscriptione: Mil V<sup>o</sup> bez sans doute — fut fait ceste vitre et voltae

Anno 1517, quo Prior hujus D<sup>io</sup> visitavit domum Lavigniaci, tentata fuit translatio corporis  
B. G. aufridi de qua supra diximus superius. Illud vero negotium, commissum est Visitatoribus  
his verbis: « Et quo ad ea (inquit charta) quae petunt aliqui conventuales D<sup>io</sup>se Domus de trans-  
-latione corporis B<sup>ti</sup> G. aufridi Canomanensis Episcopi profi provident Visitatores in proxima  
visitatione. » hoc charta. Sed nihil actum est ut ex superioribus constat.

Unus Guillelmus Lierrieu sacerdos benefactor hujus Domus obiit et dignatus in ch. anni 1517.

In ch. 1518 fit mentio monachi itali, cujus jam meminimus anno 1514 « Prior non fit  
m<sup>ia</sup>, et D. Benedictus Begati ibidem hospes vadat hospitatum ad Domum Belliarici ad  
Ordinis voluntatem, cum taxa conducta. » Hoc charta anni 1518.

Anno 1520 scriptae fuerunt literae associationis secundae Domus Mannetarum, cum hac Domo, quae tales sunt: « In nomine sanctae ac individuae Trinitatis Patris et Filii et Spiritus sancti Amen. Venerabilibus et circumspectis in Christo Patribus et amicis D. Thomae Pille Priori Domus B<sup>en</sup>e Mariae de Parco in Charnia sacri ordinis Castubiensis, ac ejusdem loci devotissimo conventui fr<sup>at</sup>r Thomae le Cresps humiliter Priori Domus Sennitorum, Donatiani et Rogationi martyrum, prope Marnetas ejusdem ordinis, ac ipsius loci conventus saluberrimae et suo laboris assidui fructus, volentes pacifice mergantem, finaliter adipisci. Immensa dilectionis ac perfectae charitatis vestrae divinis penitus votis imbutae, nolentes vinculum dissolvere, imo pro viribus nostris id idem et innodare et colligere totis precandis desiderantes, associationis vestrae scriptis omnino et congratulante acquiescimus, quod et jam dudum perceptavimus, cum nostrorum summam, potissimamque vivorum atque mortuorum expectantem utilitatem, nihilque majus nobis prospecto contingere posset in salutis vestrae remedium, etc. ut in prima associationis literis supra anno 1495, et in fine: « Valeatis in eo a quo velorem omnium derivatur. Datum sub sigillo Domus vestrae die 23 mensis Junii anno Domini 1520. — » — eodem anno debuit haec Domus visitari ex ordinatione Capituli sic jubentes: « et visitetur ipsa Domus per visitatores provinciae cum plena auctoritate Capituli generalis in forma ordinis. » et fuit visitata 14 Julii et erant 19 monachi.

Anno 1523 in septembri (Piorhujus d.) visitavit domum Vallis Dei.

Anno 1524 per ch. Capituli praedicti d. Thomae Pille Priori hujus d. fuit facta missa ad suam instantiam, qui longo post tempore adhuc supervixit, obiitque anno 1553. De quo haec in libro anniversariorum habentur: « pridie idus octobris obiit d. Thomas Pille professus et antiquior hujus Domus qui sexaginta annis et ultra laudabiliter vixit in Ordine, qui alias Prior et procurator in hac Domo fuit. » Eadem habentur in ch. annis sequentis scilicet 1554, in qua ejus obitus signatus fuit. — » ita est.

1524 à 1525. — D. Joannes Bordier Prior 23<sup>us</sup>

« Absoluto d. Thomae Pille, in ejus locum sufficitur d. Joannes Bordier ibidem procurator. Priori Paris (d. Thomae Pille) ad suam instantiam, fuit missa, et proficiamus in Priorem d. Joannem Bordier dictae Domus procuratorem. » Haec sunt verba chartae anni 1524, quo anno 14 Julii visitavit (d. Thomas Bordier) domum Rosoe. — Sed hic dies non profuit, anno sequenti 1525 vian universae carnis ingressus, attestatur ch. Capituli anni.

1526 his verbis: « D. Joannes Bordier Prior Domus Paris, professor 1<sup>o</sup> Vallis vidua  
2<sup>o</sup> D. Joannes Paris, qui obiit 16. mensis Julii. » eadem habentur in libro annivers. sub eadem  
die, ubi et additur « qui antea fuit procurator et tempore suo optime laboravit in amor-  
-tiz otiosibus Domus. » — » ita est.

1525 à 1528. — D. Jacobus Gillier Prior 24<sup>us</sup>

« D. Joanni Bordier successit in Prioratu D. Jacobus Gillier professor et sacrista hujus  
Domus, postea absolutus anno Domini 1528, ut hoc loco dicemus. — Sub hoc Priore,  
anno videlicet 1527 conventuales hujus Domus suscipiunt associationem, cum Abbate  
et conventu S<sup>ti</sup> Vincentii apud urbem, Cenomanensem; litterarum, porro quas scripserunt Capi-  
-tulo gentis tenor sequitur: « R<sup>do</sup> in Christo Patri Domino Priori Cartusie ac vene-  
-rabilibus Patribus Diffinitoribus Capituli generalis Ordinis Cartusieensis.

R<sup>do</sup> in Christo Pater, Venerabilisque Pater, octernam, cum omni semper subjectione  
salutem, R<sup>do</sup> Abbatis S<sup>ti</sup> Vincentii (anno 1522 proerat huic Abbacia Joannes Des Bans sed quo anno  
desierit ignoratur: anno vero 1528 eidem Abbaciae proerat Joannes de Montmaur undè dicendum est  
hanc associationem initam (vixit sub uno ex his duabus) quaeque conventus Benedictinae reformationis  
apud Cenomanensem urbem, hujus nostrae diocesis sanctitas atque charitas sospitibus nobis sup-  
-plicavit, ac in dies crebrius pulsare non cessat, quatenus nobiscum, atque successoribus nostris  
perpetuam, sacrae religionis nostrae associationem, habeat, hoc videlicet pacto ut singulis  
annis missam unam in conventu nostro pro associatione, atque in obitu singulorum eo-  
-rum particulatim, quidque nostrum aliam, pro defunctis dicere teneretur tantummodo.

Sicque vice versa firmissimo fraternitatis jure eundem, pro nobis sollicitationem  
peragere spondent. Quamobrem, si res Cartusianae Religionis congruere visa fue-  
-rit, eorum, nostrisque supplicamus annuite votis, quo pacto illos in futurum, erga nos  
promptiores et devotiores. Nos vero in obsequendo humiliores reddetis; Ipsi etenim pro  
nobis vigilant, affectu pio diligunt, auxilia, consilia, subsidiaque multa tribuentes.

Actum in Domo nostra Paris nono Decimo Aprilis anno Domini 1526 (computat juxta ritum  
Kalendarum Gallicanarum) ante Pascha per filios vestros subscriptos. <sup>Pro</sup> Jacobus Gillier  
Priorem, immeritum. — fr. Joannes Britonis senior, — fr. Joannes Pelle pro-  
-curatorem — fr. Petrus Pelman coadjutorem — fr. Franciscus Terrain — fr. Joannes  
Gaultier — fr. Guillelmus Pellisson — fr. Guillelmus Rocher — fr. G. Gangualin sacrista  
L. J. de la Roche

p. J. Chalopin — p. Franciscum Ettingent — p. G. Regnard — p. Joannem de  
Jucillet — p. Thomam le Craps — p. Guillelmum de Vayer. — p. G. Harrouys Vica-  
-rium, — p. M. Babie.

Conceditur partium reformatione durante Cartusica Sedende Capitulo generali anno  
Domini 1527, 21 maii — sic signatum,

p. Joannes Volonis Scriba Dicit Capituli —

(Abbatia S<sup>cti</sup> Vincentii Diocesis Lenomaneensis Ordinis Benedictini, congregationis olim, Casalinse  
nunc S<sup>cti</sup> Mauri, vetus monasterium per S. Dominolum Episcopum Lenomaneensem fundatum  
ex Gallia Christiana tom. 4 pag. 943.) —

« Nos frater Guillelmus Pellant humilis Abbas (hic Abbas proceratorem anno  
1570, videtur autem, Debita anno 1575 vel 1576. Hoc enim anno 1576 eidem Abbati procerat  
Guillelmus de Montoté) totusque conventus venerabilis Vincentiani prope Lenomaneensem, in ca-  
-pitulo nostro legitime congregati superscripta approbamus et rata habemus<sup>us?</sup>, pollice-  
-murque illa adimplere ea conditione quod missa conventualis ibi commemorata  
celebrabitur die commodiore quam, fieri poterit singulis annis inter dies festos Pasche  
et Pentecostes. Et teneliter quilibet Religiosus non presbiter dicere vigiliis cum novem  
lectionibus et laudibus. Quilibet vero conversus orum, vel fratrum, laicorum, psalterium  
B<sup>eat</sup>e Marie Virginis pro quolibet fratrum qui Decesserit. In cuius rei confirmationem,  
et approbationem, presentibus nostris chirographos et sigillum Dicit Domus nostre  
apprehimus anno Domini 1575, die vero Decima quarta Junii.

p. G. Pellant Abbi Dicit S. Vincent —

Barnier —

« Et nos humiles fratres Cartusianes prefate Domus Parci cum Patre nostro  
Priore anno 1575 Duodecima Junii conventualiter congregati, suprascripte associa-  
-tionis ac concessionis transcriptam, cum suo originali conferentes, unanimi consensu  
eas laudavimus, approbavimus, ratam habuimus, ac de coetero secundum tenorem  
et formam ibidem prescriptam, adimplere et inviolabiliter observare promisimus.  
Imper pro ejusdem ampliori Declaratione et certitudine, Declaravimus quod missa  
conventualis pro eadem, fraternitate inter solemnitates Pasche et Pentecostes cele-  
-brari debeat; et quod non celebrantes nostri quinquaginta psalms, conversi vero,  
Redditi aut Donati unum B<sup>eat</sup>e Marie Virginis psalterium, pro quolibet associationis  
missa

missa dicere tenentur. In quorum fidem et testimonium presentes sigilla Domus  
nostre et signis manualibus prefati Prioris nostri, ac Domini Egidii Feroul procura-  
-toris muniri curavimus, die et anno supradictis.

p. Joannes Gillard Prior Parisi

p. Egidius Feroul -

Anno 1528 predictus S. Jacobus Gillier per h. Capitulum fuit absolutus ab hac Do-  
-mo, et per eandem institutus in Priorem Domus Vallis profundae, in quo officio obiit  
anno 1548, ut patet ex h. anni 1549, in qua sic habetur: « obiit xj Decembris  
S. Jacobus Gillier Prior Vallis profundae, professor Parisi. — » ita cetera.

1528 à 1537. — D. Petrus Sutor

Prior 25<sup>us</sup>

« Anno itaque 1528 absolute S. Jacobo proficente S. Petrus Sutor per h. anni ejusdem  
ubi sic legitur: Priori D. Parisi sit nra et proficimus in Priorem S. Petrum Sutoris a Domo Pa-  
-risi absolute, etc. — Hic venerabilis Pater natione fuit Lenomaneus, oriundus oppido du  
Chemeré le Roy, quod tribus leucis distat a Cantua Parisi. Anno vero 1510 Castasianus  
fuit factus in Domo Vallis viridis. Ipsum audiamus de se tuncque conversationis causa loquen-  
-tem, in epistola liminari libri sui de translatione biblicae ad doctores sorbonicos: « Multi  
sunt anni, quidem nostros Patres venerandi, quibus a vestro coetate tum, sapientissimo, tum,  
michi gratissimo, post distinctas theologiae palaestrae agones tandem abcessi, et in Casta-  
-sianam solitudinem fugiens me recepi. Quod et feci non sine difficultate gravi, verum  
multa spe refectus, id ipsum multis admirantibus ausus sum. Sperabam enim hoc pacto me  
posse fallacis delirantisque mundi vesaniam facilius distansque devitare, et ita devitare ut  
nec rumores quidem ejus haurire mihi liceret. Sed vero spem ipsam, eventus secutus non est.  
Non est, inquam, votis meis responsum, sed longe aliter quam speraveram obtigit. Siquidem  
post aliquot annos in silentis angulo claustra traductus, tandem, me vis obedientiae impulit  
foras proficisci, varisque adire locos, et demum, multis incumbere negotiis: in quibus obe-  
-undis et plurimum, distractis, et seculi rumusculis affatus, refectus unicus est etc. » Hoc ille,  
sed quo anno religionem, sit ingressus non notat: patet tamen ex tabulis testamenti ejus  
(quae servantur in Domo Parisi et scriptae sunt anno 1510, 28 Januarii) quod seculum non  
deseruit ante predictam annum. Factus igitur Castasianus non diu in solitudine latuit.  
Anno siquidem 1514 institutus est Prior Domus Vallis Dei per Capitulum generale, a quo officio abso-  
-lutus fuisse videtur circa annum 1517, hoc enim anno dictae Domus Vallis Dei proceperat quidam  
S. Joannes

S. Joannes Le Gois ut constat ex monumentis ejusdem Domus. Patet etiam ex Martini una pag. 69 ipsam hitoriam, proquibus Domini Parisiensi praedictae anno, quia et ipse (in anthropologia contra Rosma cap. 6 prope finem) indicat se Priorem fuisse ejusdem Domus circa annum 1518. Postea vero anno scilicet 1519 missus est per Capitulum gen<sup>te</sup> ad regimenes Domus Pratae, in qua pessa-  
-veravit usque ad annum 1528, quo hinc Domini Parisi per idem Capitulum profectus est. ut supra  
diximus.

Anno 1529 conventuales hujus Domus rursus translationem, B<sup>te</sup> G. unfridi tentaverunt, quibus  
Capitulum gen<sup>te</sup> sequens misit responsum per ch. hujus anni: « Priori Parisi non fit mita. Et  
super his quae scribuntur quinque conventuales dictae Domus de transferendo corpus S. G. unfridi;  
Prior et conventus supplicent humo Pontifici prout sibi visum fuerit. » De hoc negotio vide  
supra ubi agitur de B. G. unfrido. — Anno dictas S. Petrus hitor obiit in officio Prioratus hujus  
Domus anno 1537, 14 kal. julii, fuitque sepultus in capella B<sup>te</sup> Mariae Mag<sup>d</sup>alense  
subtus graduum ad meridiem. Eius obitus signatur in charta anni 1538 cum publico elogio  
his verbis: « Obiit S. Petrus hitoris Prior Parisi, professor Parisiensis, alias ibidem Prior et Do-  
-morum Pratae et Vallis Dei, et visitator et convitator Franciae, cujus eruditio Ordini nos-  
-tro, imo toti mundo multam contulit, habens plures monachatus per totum ordinem sub  
18 junii et missam de B<sup>te</sup> Maria. » Et in libro anniversariorum Domini Parisi haec habentur:  
« Obiit Ver<sup>te</sup> S. Petri hitoris Prioris hujus Domus, professoris vero Domus Vallis viridis et  
sacer<sup>is</sup> theologiae professoris eximii, cujus soror Renata le Costurier obiit Domina du  
cheur de nobis loca de Laulmay et des nos moream profundatione unius celloc. » Petrus  
fecit professionem in Domo Parisiensi anno 1510, 2 februarii.

Denique noster hic hitor septem proclara eaque doctissima opuscula separata  
inter se composuit hoc ordine: 1<sup>o</sup> Primum opusculum fuit illud de Vita cartusiana, quod  
anno 1521 scripsit, ut ex ejus verbis colligere est libro 2<sup>o</sup> dicti operis cap. 7 circumscriptionem  
ubi loquitur de morte R<sup>di</sup> Parisi Francis de Puteo: Edition Parisiis anno 1522 - Lovanii  
1572 - Coloniae 1609. —

2<sup>o</sup> Secundum opusculum fuit illud quod inscribitur de translatione Billioe et novarum  
interpretationum reprobatione, ac in ultimo quidem capite in audita sui temporis scelera des-  
-cribit ipsiusque urbis hicensis (cujus cartusiae tunc praeserat) per viros nefarios procreatas  
incendium. quae vero hic dicit de improbitate militum confirmantur ex Bellforestis in  
vid<sup>a</sup>.

vita Francisca l. cap. 32 vocanturque illi milites les mille d'alles, Ulis etiam laensis in eod. meminit idem Bellef. ibid. cap. 35 enarrans res anni 1584, Prædicatorum opus Doctribus Sorbonicis dicitur noster tutor addens in fine epistolæ liminaris: « la traicté Cartésiana sans leccas urbem Compiègne, olim florentissimam, sed hoc tempore supra modum desolatam, » he quibus verbis colligitur hoc opus scriptum fuisse ab eo circa annum 1525, ut vult etiam D. Ueneas Bohic, eod. enque anno editum Parisiis.

3: Tertium fuit Antapologia contra quandam Erasmi apologiam, de qua cap. 1. ejusdem operis sic scribit: « per eum, inquit, anno lapsa librum de translatione Biblicæ, et novarum reprobatione interpretationum, titulatam, » Et post pauca: « Inimico spiritus ille tartareus excitavit quandam Erasmum, qui nuper prædicens, præmens, ac toto furoris impetu debacchant quædam in me Apologiam, editam etc. quod opus videtur ea his verbis compositum anno 1526 (en marge: editum fuit Parisiis anno 1523 sub hoc titulo: Antapologia contra Erasmi Apologiam adversus Petrum tutorem Cartesianum, Italegi tom. 2. Des butyras personnelles qui portent le titre d'Anti imprimées à Paris en 1689 chez Antoine Dezallier) quando quidem supra prolatimus librum ejus de translatione Biblicæ scriptum fuisse anno 1525. Editum vero fuit in 8<sup>o</sup> et vendebatur Parisiis apud Joannem Parvum.

In præfatione hujus Antapologie sic de Erasmo meminit: « Qua in re, inquit, non (sunt in dubio sed tamen videtur necessarium) admirari non possum quo pacto non pudeat istum, vultu supremoque facto propinquum, tam impudenter ementiri, et ea quoque effingere, quæ nec cogitari quidem. Mirarer autem magis nisi hominem, ipsum ex scriptis ejus nossem, quæ perunt nullius rei pudere, postquam non puduit cavillam, detestabile. (profertur verat Erasmi Ordinis Canonorum regularium juxta Gaudium) » - Item cap. 3 hujus Antapologie sic scribit: « Neque vero solus ego ita sentio, sed alii pene innumerabiles, e quibus unus vir gravis cum forte sermo incidisset de Erasmo et Theologo aster vocatus esset, sic ait, nec hoc quidem nomine dignus est. Sed et Dominus Poucheras (R.D. Stephanus Poucheras designatur hinc copus Parisiensis anno 1503 et postea anno 1519 ad Archiepiscopatum Senonensem assumitur: vir doctissimus ac Rector facundissimus Regulia Christiana tom. 1. p. 4604-649.) bonæ memoriæ Senonensis Archiepiscopi <sup>Antistes</sup> prius visitantibus quid de Erasmo sentiret, ita respondere (et accipere) solebat: quod ad ea quæ sunt lingue Latine bene crederem, Erasmo, sed quantùm ad Theologiam nititur. » Hoc tutor

Robertus Cenalis Doctor Sorbonicus et Abrincensis Episcopus qui eodem tempore vivebat in tractatu

vita Francisca 1. cap. 32 vocabaturque illi milites les mille D'alles, Ulis etiam Laurentis incendii meminit idem Bellefon. ibi Den. cap. 35 enarrans res anni 1524. Proditum opus Doctoribus Sorbonicis dicavit noster tutor addens in fine epistolae liminaris: « la treatte Cartusiana sans leccas urbem Campaniae, olim florentissimam, sed hoc tempore supra modum desolatam, » in quibus verbis colligitur hoc opus scriptum fuisse ab eo circa annum 1525, ut vult etiam, J. Venas Bohic, eodemque anno editum Parisiis.

3: Tertium fuit Antapologia contra quandam Erasmi apologiam, de qua cap. 1. ejusdem operis sic scribit: « J'ecceum, inquit, anno lapsa librum De translatione Biblee, et novarum reprobatione interpretationum, titulatam, » Et post pauca: « Inimicus spiritus ille tartareus excitavit quendam, Erasmus, qui nuper fremens, fremens, ac toto furoris impetu debachans <sup>and am</sup> quoad am, in me Apologiam, edidit etc. » quod opus videtur ex his verbis composuisse anno 1526 (in marge: Editum fuit Parisiis anno 1523 sub hoc titulo: Antapologia contra Erasmi Apologiam, adversus Petrum, tutorem, Cartusianum, Italogi tom. 2. Des batyres personnelles qui portent le titre d'Anti imprimées à Paris en 1689 chez Antoine Dezallier) quoad quidem supra probavimus librum ejus de translatione Biblee scriptum fuisse anno 1525. Editum vero fuit in 8<sup>o</sup> et remundalatum Parisiis apud Joannem Parvum.

In praefatione hujus Antapologiae sic de Erasmo meminit: « Qua in re, inquit, non (sunt in tutore sed tamen videtur necessarium) admirari non possum quo pacto non pudeat istum, et talibus supremoque puto propinquum, tam impudenter ementiri, et ea quoque offingere, quae nec cogitari quidem. Mirarer autem magis nisi hominem ipsum, ex scriptis ejus nossem, quae perunt nullius rei pudere, postquam non puduit cavillari, detrahere. (proferunt fuerat Erasmi Ordinis Canonorum regularium, iuxta quendam) » - Item, cap. 3 hujus Antapologiae sic scribit: « Neque vero solus ego ita sentis, sed alii paene innumerabiles, e quibus unus vix gravis cum forte sermo incidisset de Erasmo et Theologaster vocatus esset, sic ait, nec hoc quidem nomine dignus est. Sed et Dominus Poucheras (R.D. Stephanus Poucheras designatur huius copus Parisiensis anno 1503 et postea anno 1519 ad Archiepiscopatum Senonensem assumitur: - vir doctissimus ac Rector facundissimus. Regulla Christiana tom. 1. p. 4604-649.) bonae memoriae Senonensis Archiepiscopus <sup>Antistes</sup> - pus visitantibus quid de Erasmo sentiret, ita respondere (ut accipi) solebat: quo ad ea quae sunt linguae Latinae bene crederem, Erasmo, sed quantus, ad Theologiam nihil. » Hoc sicut

Robertus Cenalis Doctor Sorbonicus et Abrincensis Episcopus qui eodem tempore vivebat in tractata

in tractatu de tuendo sacro coelibatu (Parisii edito anno 1545) Erasmmum non semel corripit. Et primum in liminari prologo (pag. 6 et seq.) ad Godofridum Hilmarum, Cartusiae Vallis viridis monachum, loquens de male credulis hominibus, nihil quam dubitare aut hesitare scientibus aut doctis, hanc de Erasmo sententiam, sic profert: « In quibus dubitator insignis imo et dubitatorum antesignanus, mihi Erasmus visus est... qui etiam non tam odiosus fuisse et insectatus Ecclesiasticam disciplinam: quam sic tractasse visus est, ut de Victoris partibus ad Desertoris signa confugisse videatur. Ob id enim therapeutice, hoc est sacris ritibus religiones delinxisse visus est: ne ab ipso, quem utinam non temere deservisset, ordine male audiret: aut si forte audiret, haberet ad manus, quod retaliari posse videretur. » Et in eodem tractatu agens de S<sup>ti</sup> Pauli Apostoli virginitate, recte exprobrat Erasmo, quod Paulum uxorem credidit: « Mirum est, inquit, quomodo postea Erasmus collegit Paulum fuisse uxorem, cum omnino contrarium, hinc eliciatur, nisi quod spiritualibus oculis illi opus erat... nec satis habuit Erasmus hoc de Erasmo loco, nisi et eodem, semper chorda aberrans, in Philippensibus quarto cap. promulgi partes agens, dixit Paulum, et eum quidem Deam virginem, invitum, trahat ad nuptias (p. 34). » Hinc ille sui ordinis apostolica, quasi per precipitum insensio devolutus volebat sacerdotibus matrimonium, persuadere, unde Deum auctor exclamavit (p. 48): « O Stupidum, consilium, quod nec amplecti dignantur, qui sunt apud Syriam, semi-christiani. nullas enim monachis permittunt nuptias, et omni modum sentiet, imo et consulat Erasmus » quem tamen aliquando cecinit et palindromum (patetur (p. 7 & 113)): « Quamquam de coelibatu plurima ex dictis colligi possunt: quae quidem omnia in monachismo non satis agnovisse Erasmus, Rotterdamum, sero tandem, perit. Verum sat cito, si sat bene. Hoc est hoc ad cartusianum quendam, propria ipsius manuscripta palindromia. » Hinc certe non mirum, videri potest, si Erasmus, in multis aliis errantem, tam dure tutor corripuerit, quem propterea ipse Erasmus multis etiam insectatus est maledictis. Ac primum quidem in epistola ad Othonem Brunswaldensem sic legitur: « Petrus tutor quondam theologus Sorbonicus nunc monachus Cartusianus in Campania Galliae scripsit in me volumen rabiosissimum (loquitur de libro de translatione Billio) vociferans omnes translationes novas esse haereticas et blasphemias etc. » extat haec epistola lib. 19. Epist. Erasmi. Epist. 100 sub data anno 1525. (Epistolarum Erasmi libri 31 impressi fuerunt Londini anno 1642. cum epistolis Melanthonis, Thomae Moro et Ludovici viliis)

Hinc epistola 106 ejusdem libri ad Natalem Bedam Theologum Parisiensem, sub data 14. Cal. Maii an. 1525 acris inscribitur: « Quis enim, inquit, dictum sunt cordati Doctique viri, cum legerint Petri hutoris librum, quodam Sorbonici Theologi, nunc monachi castu-  
-siani? quantum ibi male dicentiae, quantum pestis, quantum stuporis et insatiol-<sup>nia?</sup>... » et post pauca: « assumit pro certis partim manifestè falsa, partim controversa: Hanc translationem, nisi testamento esse Hieronymi, hanc esse proditam, afflatu sancti Spi-  
-ritus hanc ut talam, ab ecclesia receptam, esse. Assumit me in hoc veritate, et mea translatio cum, auctoritate legeretur, excluda veteri: ex his hypothesebus cum comparatissi-  
-mis colligit, omnes translationes recentiores esse scandalos ad, haereticas et blasphem-  
-as etc... » et post pauca: « Inquit ut proferam, vel unum, doctorem, qui legerit, In principio erat sermo. At qui in Apologia istud Diluere capidisi etc... » Erasmus pro ver-  
-bum, vult ut legatur sermo, sed ab omnibus theologis (non vero a nostro hutore tantum) ob hanc novitatem, <sup>signum</sup> repulavit. Plura super his legenda sunt apud Cornarium, a lapide in  
-long. 1<sup>o</sup> Joannis cap. 1. v. 1. et in Epistol. b. Joann. cap. 1. v. 1. — Nota contra hanc apologiam,  
-de qua hic loquitur Erasmus, hutorum nostrorum, Antapologiam, adissa anno 1526, ut supra  
-diximus: unde vehementer exardescens Erasmus, ad R<sup>o</sup>m<sup>o</sup>m Patrem Guillelmum Bibacium,  
-de hutore conquestus est, ad hoc epistolam scribens, in qua omnem suam bilium, eromit,  
-scuram, et sycophantam, hutorum, appellans etc... haec epistola videtur lib. 21. epist.  
-19 et est amplissima, sub dato 7 Aprilis an. 1526. Videtur, epist. 19 lib. 22. ad  
-collegium Sorbonicum.

4<sup>o</sup> Quartum opusculum, nostri hutoris sic inscribitur: Apologia Petri hutoris Doctoris  
-Theologi Cartusianae professionis adversus damnatam, Gutheri haeresim, de votis monasticis,  
-quod opusculum, edidit anno 1531 existens Prior huius Domus Parisi.

5<sup>o</sup> Quintum opusculum, inscribitur « De Potestate ecclesiae in occultis » quod in Domo  
-Parisi (sicut et procedens opusculum) composuit anno 1534 (editum, fuit Parisiis an. 1534  
-et 1546), Dedicavitque R<sup>o</sup>o Ludovico Guillardo Carnotensi Episcopo, ad cuius instantiam,  
-illud prolo commisit, ut ipse testatur in epistola Dedicatoria, ubi sic loquitur: « Adde  
-igitur sub tuis auspiciis securus in lucem, et si quos Lutheranos, Erasmos, Legulecos,  
-Latitudinarios, aut alios d'genus sibi adversantes fors an offenderit, non ad meum  
-auctorem, sed ad tuum potius azyllum, confugiat, qui etiam ut imprimatur, Diligentibus  
-curas etc.

curas etc. . . postea sub initio primi capituli hujus operis sic scribit: « cum scitis copiose  
de Ecclesie potestate quoad leges seu constitutiones humanas faciendas adversus Luthera-  
nos disceptatum a me fuisse, tandem venit in mentem, speciatim agere de ipsius  
Ecclesie auctoritate quoad actus interiores et occultos etc. »

Ludovicus Guillard (qui fuit dedicatus opus predictum) Parisiensis, creatus Episcopus Corma-  
censis anno 1513, unde translatus fuit ad sedem Carnotensem anno 1527, unde et  
transiit ad Cabilonensem anno 1553. Tandem factus Sylvanectensis Episcopus anno 1560,  
ex Gallia Christiana tom. 2. fol. 453 et 493. —

6<sup>o</sup> Est et sextum opus eulogum, De triplici comendatio, triplicique parte Divae Annae  
inscriptum, editum Parisiis anno 1523. Baronius aliique nonnulli probatores fidei  
auctores S. Annam univiram fuisse affirmant.

7<sup>o</sup> Septimum, proterea scripsit opus eulogum, scilicet Apologeticum, in Anti-  
comaritas S. Virginis laudibus detrahentes, editum Parisiis in 4<sup>o</sup> anno 1526. —

Martinus Bouffepierre ajoute il y a: « Extrait de la Bibliothèque d'Antoine Du Verdier  
lettre P. Pierre Lator Docteur en Théologie a écrit la manière de faire testament  
très-salutaire. Imprimé à Paris 8<sup>o</sup> par Regnaud Chaudière sans date. Il sem-  
ble qu'il ait écrit ce traité d'après que d'être chasteux. » ita est.

1537 à 1556. — D. Guillelmus Pellizon Prior 26<sup>o</sup>

« Defuncto S. Petro Lator, Prioratus hujus Domus accepit S. Guillelmus Pellizon pro-  
fessus ejusdem et procurator, a conventu electus in junio ut constat ex libro 2<sup>o</sup> Visitati.  
Anno 1543 in sept. visitavit domum, Legem et in maio domum Divionis.

Anno 1546 predictus Prior vitream majorem hujus Ecclesie de novo instruxit,  
et habet inscriptio idem, posita, que talis est: « anno Domini 1546 Simon de  
Heensta fecit. — Anno 1549 tabula majoris altaris fuit facta, prout docet  
inscriptio talis: « tempore h<sup>o</sup> S. Petri D. Guillelmi Pellizon Prioris hujus conventus,  
hoc opus Simon de Heensta theutonicus fecit 1549. » eodem anno sumptibus  
hujus Domus capsula argentea facta fuit Parisiis per Matthaeum, Regault aurifa-  
brum, in calum frontis argyrognomorum. — Anno 1552 obiit D<sup>na</sup> Renata le  
Cousturier soror S. Petri heloris, hujus Domus benefactrix: de qua hoc in libro An-  
niversariorum, diebus februarii legitur: « obiit Renata le Cousturier obiit Dominica  
du chancel: »

In chære, quæ dedit nobis loca et animalia de L'aulmay et des Nos-morceau pro sustentatione unius religiosi, et cellæ unius œdificio; et fundatione lampadis chori fratrum, pro quâ et parentibus ejus in cella dictæ cellæ (est cella B.) orare tenentur: et in omnibus missis ab eo celebrandis memoriam ejus specialem habere, et in missis privatis, tam de vivis quam de defunctis orationem propriam dicere.

Anno 1556 predictus Prior fuit depositus per Capitulum, quæ (quemadmodum, in charta ejusdem anni perspicitur) et per idem, institutus Prior Belliarici: a qua tandem, ad suam magnam instantiam, et propter infirmitates suas per ibi. anni 1558 absoluitur, ad Domum Parisiæ rediit, in quâ obiit anno 1563, de quo hoc habentur in libro anniversariorum: 16 kalendas Augusti obiit Ven<sup>to</sup> P. D. Guillelmi Pellisson, hujus Domus professor, qui multo tempore hæc Domum in officio Prioris laudabiliter rexit, et Ecclesiam nostram, et alibi decoravit, eamque multis augmentavit ornamentis; sed per ambitus domus muros cum multis aliis œdificiis et reparacionibus tam intra quam extra Domum fieri procuravit. » Hoc ibi. Eius obitus signatur in ch. anni 1564 his verbis: « Obiit D. Guillelmus Pellisson, professor et olim Prior Parisiæ et Belliarici, » habuit missam de B<sup>te</sup> Maria in provincia Francie. In chartis visitacionum laudatur et vir bonus appellatur. — » ita est.

1556 à 1562. — D. Carolus de Courdemanche Prior 27<sup>us</sup>

« Absoluto D. Guillelmo Pellisson per Capitulum, quæ proficitur huic Domui D. Carolus de Courdemanche ut ex verbis chartæ anni 1556 innoscitur, in qua sic legitur: « Priori Parisiæ (D. Guillelmo) sit m<sup>ia</sup>: et proficiamus in Priorem dictæ Domus D. Carolus de Courdemanche propterea a Prioratu Domus Divionis absolutum. » Anno 1562 pridie nonas Aprilis obiit profectus Prior, cujus obitus signatur in charta ejusdem anni (anno 1562 Capitulum, quæ celebratum fuit 27 Aprilis), his verbis: « Obiit D. Carolus Courdemanche Prior Domus Parisiæ et olim Domorum Beluac et Divionis, professor Domus Parisiæ. » hoc charta. Fuit autem sepultus in capella B<sup>te</sup> M<sup>o</sup> Magdalene sub transversariis ad septentrionem, et P. P. tutor ad meridiem; ibi autem, et andestine sepulture fuerunt timore concordatus et nominati onem. — » ita est.

1562 à 1597. — D. Joannes Gillard Prior 28<sup>us</sup>

« Mortuo D. Carolo, de ejus successore actum est in proximo Capitulo quæ, et per idem, institutus est D. Joannes Gillard, de quo sic loquitur charta ejusdem anni: « Domini Parisiæ proficiamus in Priorem D. Joannem Gillard professor, ejusdem Domus per leventuales dictæ Domus postulatorem. »

postulatum. » Hic statim initio hujus Administrationis fecit construere porticum, exteriori ubi est  
- pond et officium, quod est iuxta officinam parrariam. Eodem anno quo praedictus Prior profectus  
- tus est; Haeretici instar tigridum offeratis animis ubique discurrerent, Ecclesiasque et loca sacra  
- diripiunt, detestantur et incendio concremant, totamque Galliam ineffabili luctu et desolatio-  
- ne repleverunt. Unde miraculum certe reputandum est, quod Domus haec illos a permansere-  
- rit (ut supra diximus inter miracula B<sup>ti</sup> G<sup>is</sup> impidi) licet Damna in bonis non minima senserit.  
- De his extat epistola Ven. Prioris Joannis Gillard praedicti Prioris, qui hujus temporis calamitates  
- enarrans ita scribit S. Felici Cardoni Priori Domus Parisiensis.

« Venerabili in Christo Patri Cartusiae Parisiensis Priori, provinciae Franciae Visitori / Joannes  
- Gillard Cartusia Parisi Prior immeritis, Devotas preces.

AD 19 kalend. / obsecrari nobis nuntiatum est. V. Patrem S. Antonium De Louvain Domus Pa-  
- risiensis Priorem, ex hac vita migrasse. Quae res etiam animam, et cor meum, non mediocriter  
- afflixit et commovit; non possum tamen, eidem nostri hujusce temporis maximis incommodis  
- ac procellis (quibus quotidia vita nostra quatitur et laeguet) exempto non gratulari, cupiens  
- profecto, si divina Bonitas jussit, et am. Dissolvi, et tantis exui malis, quae paucis quotidie  
- s. cindunt et conturbant. Sicut haec nobis scripserat Ven<sup>to</sup> ille Pater Defunctus Antonius Domus  
- majoris Cartusiae igne exustus, proinde ac diruptioni infidelium patuisse, nihilque in ea inter-  
- - gnum, relictum, omnes habitatores fugatos, se quoque non satis compertum habere, quid  
- De R<sup>o</sup>o Patre et comitatu ipsius actum esset. (Nota - Anno 1562 die 5 junii capta est Cartusia ma-  
- - jor ab haereticis et ab eisdem incinerata. R<sup>o</sup>m<sup>o</sup> Pater cum conventu se recepit eodem die eversionis ad  
- Favratum, ubi conventum divisit per Domos Ordinis. Ipse vero R<sup>o</sup>o Pater scilicet S. Petrus barde Cambe-  
- - ricum petiit, ubi anno sequenti 1563 Capitulum gentis Ordinis nostri celebratum fuit in conventu R.  
- - Patrum S<sup>ti</sup> Dominici.) In quo tempore libentissime vobis eidemque Patri scripsissem, et quam  
- - dam pecuniam duxissem, si facile ac seorsum negotia nostra nuntari. et pecuniae defec-  
- - ri possent. Sed cum tot coedes, latrocinia et gradationes quotidie fieri videamus,  
- ut etiam intermissi publici Cenomanorum, et Parisiorum, vix rebus aliis evadere  
- possint, re hujusmodi in aliud tempus pacatius et opportunius differendum duximus,  
- bona fide vobis cum de omnibus rebus rationem habituri.

Impensius interim vestram paternitatem rogamus, ut quid actum sit de R<sup>o</sup>o Patre nobis  
- scribatis, et si spes ulla Domus majoris Cartusiae restauranda refulgeat, si Capitulum gentis  
- hoc anno

hoc anno celebratur, et ubi, si literae nostrae et status Domus nostrae ad Caputulum Dirigi  
possint ac debeant, et quomodo in hac parte, ceteris quae rebus quae nostrum concernunt  
officium, gerere debeamus, certiores facietis. Quantum ad nos attinet Domus nostra per  
Dei gratiam, et haereticorum invasionem ad hoc usque tempus conservata, permansit illa a,  
sed bona nostra non ita. In quibusdam enim villis ac praediis nostris multa diriperunt  
impii et abstulerunt, et credi vix potest quantum, pro Domus nostrae tuitione, pro muris  
et turriculis extruendis, pro armorum fabricatione, pro militibus stipendiis sustentandis  
et id genus ceteris jam expendimus, et quotidie etiam magis expendimus, assidue agentes  
noctis ex cubicis tum propter quorundam vicinorum latronum et grassatorum motum,  
tum etiam propter emergentium et repullulantium haereticorum incursum, qui ex Normanniae  
confinisibus catervatim sapines exeuntes Domos vastant plurimarum. Hoc insuper ad  
nostram accidit miseriam, quod annonae nostrae non sufficit et pecuniae paucae, et quod  
gravissimum nobis est praetero grandi triticum, reperire vix possumus. In his tamen omnibus  
nec animum despondemus quod is qui jam de tantis periculis eripuit nos et eripit, adhuc  
etiam eripiet faciens semper cum tentatione proventum, quo potissimum sustinere. Gratias illi  
qui nos ad hunc articulum nondum venire permisit, ut Domus et Ecclesiae nostrae conflagra-  
-tionem, et eversionem, Religiosorum ignominiosam mortem, aut dispersionem, et fugam  
turpissimam, sicut in proximis monasteriis vidimus et audimus, videremus. Hinc eundem  
Deum, optimum maximum, sequis precibus rogamus ut vestram paternitatem, Deo ad  
Ordinis nostri et suae Decus Ecclesiae semet involvamus. In Domo vestra Parisi 16 Janu-  
-arii 1562 pro vestrum, quodcumque fratrum Joannem Gillard ejusdem Domus minis-  
-trum. —» Nota hanc epistolam, datum fuisse 16 Januarii 1562 (idem 1563) sed hoc  
intelligendum est secundum antiquam Ecclesiae Gallicanae computationem, quae annum  
inchoabat per mensuram martium.

In die anni 1568 haec habebatur: « Pion de Paris non fit nra. Et S. Germain le Prieur  
qui captivus venit ad ordinem, et mendaciter professus est, et male in eo conversatus,  
et inde plures apostatavit, amplius in ordine non recipiatur.

Anno 1575 dedicatae fuerunt capellae Apostolorum et martyrum, de quibus extat <sup>talē</sup>  
monumentum: « Anno Domini 1575, die 29 Junii Ego Petrus de Pragana Episcopus Rova-  
-mentis consecrari ac dedicari sacellum et altare hoc in honorem sanctorum Petri et Pauli  
et reliquos

et reliquias in eo inclusi: singulis Christi fidelibus hodie unum annum, et in die anniversario consecrationis hujusmodi ipsi cum visitantibus 40 dies de vera indulgentia in forma Ecclesiae consueta concedens. Petrus Romanensis Episcopus.

Et iterum: Anno Domini 1575 die 29 Junii Ego Petrus de Lagane Episcopus Romanensis consecravi ac deo dicavi sacellum et altare hoc in honorem sanctorum Stephani et Laurentii et reliquias in eo inclusi: singulis Christi fidelibus hodie unum annum, et in die anniversario consecrationis hujusmodi ipsi cum visitantibus 40 dies de vera indulgentia in forma Ecclesiae consueta concedens. — Petrus Romanensis Episcopus —

In ch. 1570 haec habentur: « Priori Parci non fit mīa. Et visitetur ipsa domus per ordinarios visitatores seu alterum ipsorum, non socio Priore assumendo, quamprimum commode fieri poterit, qui super his quae hinc inde scribentur, provident. Et fratri Joanni Magin respondebunt ipsi visitatores. »

Rursum in ch. 1572 Priori Parci non fit mīa. Et super his quae scribunt Prior et conventuales provident visitatores.

Anno 1578 obit S. Joannes Guillon, de quo haec in libro anniversariorum nominis Julii habentur: « Obiit S. Joannes Guillon, sacerdos professor antiquior et Vicarius hujus domus, qui et aliter fuit Prior domus Vallis profundae, qui quadraginta quinque annos ita laudabiliter exemplariter et devote egit in ordine, ut cum ferventissime inchoasset, ad supernam usque vitam horam, in omni disciplinae regularis observantia, pene se omnino irrefragabiliter, praebuit. » Haec ibi. Tunc veni hic pater Joannes Guillon (ut loquitur D. de Bohis) patria Cenomannus professione Cartesianus in cartesia Parisi sub Petro tutore circa annum 1536 sua exemplari et devota conversatione cepit effulgere. Anno Domini 1545 ejusdem domus fuit factus coadjutor, donec anno 1549 per ch. Capituli fuit institutus Prior domus Vallis profundae, ut lucerna ardens super candelabrum poneretur, et qui in minoribus officiis fidelis inventus fuerat, super majora constitutus majorem et erga Deum, pietatem, et erga ordinem, fidelitatem, curamque circa gregem sibi creditam ostenderit. Verum vir pius cum ibi non invenisset homines secundum cor suum, et alienos a timore Domini, qui mores ejus admonitiones convertebant in obprobrium, Anno 1551 instantem ab officio Prioris ejus domus petiit se absolvi, cui Capitulum, benigne annuens, misit eundem ad domum Bellivariaci, officium Vicarii ibidem illi commendans. At illi Desiderio erat domus

Parsi

Parci intentum, ut anno sequenti annuente Capitulo ad Domum Parisi reversus sit. Anno vero 1572 mortuo ven. Patre S. Joanne Bernaier (qui fuerat vicarius ad 26 annos multosque scripserat libros ecclesiasticos) factus est vicarius ibidem usque ad obitum suum felicem.

Eodem anno obiit S. Mathurinus Bandouin qui in ultima infirmitate nihil tam plannit quam malum exemplum quod timebat se junioribus dedisse. Unde videre est quomodo grave hoc sit peccatum. Vide Dionysium, Castalientem, serm. 4 De S. Stephano - serm. 6 in die Pentecostes et serm. 5 Dominice 2<sup>o</sup> post Pascha, Les ebies amissimus homil. admonachos. Bernardus serm. 1 de conversione S<sup>ti</sup> Pauli.

Anno 1579 obiit S. Renatus Karesme in quocumque manifestavit Dominus misericordiam, ut cum sopius apostatasset, tandem morbo lethali in seculo correptus ad hanc domum Parisi susprofessionis rediit, in qua paucis post diebus valde contritus, confessus pluribus, et omnibus sacramentis munitus, toto conventu hoc magnum esse reputante miraculum, migravit ad Dominum, nimirum, venatio sola dedit intellectum, et maxilla Leviathan in qua iste intraverat, virtute Divina perforata est ut ipse solus exiret.

Priori Parisi nunciavit nra (ex li. 15<sup>o</sup> 8<sup>o</sup>) et super his quae scriptis erunt aliqui conventuales dictae Domus, informant visitatores, et provident in proxima visitatione. Interim prohibemus monachis, conversis et aliis personis Ordinis, ne ullum habeant consortium nec colloquium, cum Jacobo Bourdan ab ordine expulso, neque scripto neque verbo, neque quovis alio modo sub poena comedendi ad terram, in refectorio praesente conventu.

Anno 1584 renovata est associatio inter Domum, hanc et Domum Nannetensem, cujus renovationis tale erat monumentum: Veni in Christo Patri Priori Domus Parisi, coheredique ejusdem loci Patribus salutem in Domino Jesu sempiternam. Laudabilem et plane devotam, a majoribus et suspiciendis Patribus prioribus nostris, longe post homines natos in regimen animarum fratrum nostrorum Defunctorum, charitate fulgentibus, sectam dandam associationem, cujus tenor, quamvis plures nos non sit, non solum grati et laeti suscepimus, sed etiam, quantum in nobis situm est, votis omnibus eam approbantes, desideramus vobiscum perpetuo podere sociari sicut et antea, nulla prorsus associationis ultimae (cujus tenorem, a vobis accepimus) detracta vel infracta clausula; quin potius eam in omnibus servantes, et nos fratresque nostros conversos ac utrosque novitios per praesentes obligamus ad septem missas aut duo psalteria et quinquaginta psalmos per solvenda justa

juxta antiquam consuetudinem, cum tricenario singulati, cujus agenda et missa in conventu ad formam statuti sunt celebranda, et anniversario perpetuo. »

Anno 1585 cella Prioris conflagravit casuali incendio, quo multa librorum copia deperit. Eodem anno 1585 hoc domus in jus vocata est pro pensatione fiscalium, indictionum. Argumentum, questionis tale est: Certusiani monasterium habent circa pagum divi Dionysii & Orques in provincia Cenomaniensi. Illi (ut omnium Certusianorum magna est et provida oeconomia) in ea regione redditus suos quotidie multiplicantes, plerosque fundos suis vicinos acquirebant. Incolae indignentur. Certusianos proquantibus praediorum emptioibus potiora regionis illius praedia occupare; habere tamen publicorum, munerum et regiarum, indictionum, vacationem, cum interea incolae soli tributis et fiscalibus pensationibus vexentur. Itaque immunitatem, non invidare se antiquo monasterii patrimonio allegant, sed pro coeteris praediis recens ac noviter quaesitis Certusianos tributa exolvere teneri assentunt, simulque cum incolis contribuere, nisi forte Certusiani velint praedia incolis locare. Certusiani immunitatem, suam, et bellicae privilegia opponunt.

Pro incolis Bossantius comminationis objiciebat: cum prisca monachorum veneratio, ex severa paupertatis regula et inopiae voto processerit, foedum est et indignum, monachos divitias sub gloria egestatis possidere. Itaque vel incorruptam, priscae antiquitatis regulam, colant, vel si reddituum abundantia affluentem, coeteris praestare nolint, fiscales tributorum, pensationes simul cum ipsa plebe tot bellis attrita, totque miseriis afflicta pendere et solvere teneantur. Quid enim indignius est et a professione sancta et solitaria magis alienum, quam monachos contra paupertatis votum, redditus eximios possidere: atque ita possidere, ut neglecto christiana charitatis affectu, proventuum suorum reliquias non pauperibus alendis, sed augendo patrimonio et novis praediorum emptioibus destinare procurent? Aliena a vobis sunt (ait S. Hieronymus Epist. ad Rustic.) aurum argentique pondera, vestra possessio spiritualis est. At non ita praeci illi monachi gratiae immortalis famam, et gloriae apud posteros sempiternae laudem, sunt consecuti; sed eorum paupertas sacerdotio, et sacerdotium voluntario paupertatis voto ornabatur. Laudabiles qui ex divi Cypriani precepto (sermo 4. de mortal. in fine) ad caelestes thesauros terrena patrimonia transferbant. In quales divitias Deus diligit (inquit Salvianus, lib. de vulg. cath. p. 3 et 4.) in quas pignorum recondi iussit opes, in quas parari imperat facultates, sicut fidem

ac timorem

ac timorem Dei, modestiam, sanctimoniam: non terrena, non vilia, non pereuntia,  
non caduca. S. Ambrosius (ad Valentin. ep. 2.) nihil ecclesia sibi, nisi fidem possidet; hos  
reditus probat, hos fructus: possessio ecclesiae sumptus est egenorum. — Cartusiani opus  
reliquias pauperum, visceribus subtrahunt, ut in terreo visceribus abscondant, easque  
in praediorum, acquisitiones impendant. — Nihil ergo christiana pietate indignius aut ab  
auctoritate monastica magis alienum quam si monachis licere dicamus monasterii  
sui redditus novis praediorum acquisitionibus ampliores reddere. Verum in hujus contro-  
versiae decisione non solum potest monastici sanctaeque religionis respectus; sed et tribu-  
torum, quos regi pendere oportet, consideratio causam incolarum commendat: ne, pro immu-  
nitatis Cartusianorum, in praediorum, incolarum recidas. Nos tamen immunitatem,  
antiquo monasterii vestri patrimonio non invidemus, sed quotidianis praediorum, acquisitio-  
nibus, quos avara et monachis indecent parcimonia comparat, eadem privilegiorum,  
et immunitatis jura denegamus. (Augus. lib. de oper. monach. c. 23.) Isti manus olivas et plena  
repositoria vobis habere. Quia etiam, si Cartusiani humanitate aliqua omnem querimoniarum  
occasionem, temperare velint, praedia sua in colis locare debent. Hoc nobis magnoe com-  
mendationis instar erit, nulla tamen Cartusianorum injuria. Illi enim certos ex locatione  
fructus percipient; nos vero conductionis titulo annuorum terreo proventuum, participes  
erimus. Aut si propriis manibus hoc est propriis sumptibus fundos vestros excolentes,  
omnes circumvicinos regionis nostrae agros comparare et acquirere velitis, aequitas nos  
permittit, ut soli in colis tributorum onus incumbat, et immunitas vestra ad acqui-  
sitiones novas libere et impune extendatur. — Nos tamen non immunitati illorum,  
sed opulentiae invidemus, et monasticae professioni conveniens esse existimamus, redditus  
annuos sacri et ecclesiastici patrimonii non in emptiones praediorum, sed ad plebis  
egentis subsidia et vicinorum, incolarum, miserias pietate christiana sublevandas impendi  
et erogari. —

Pro Cartusianis ita orabat Anuceus Robertus:

